Class 225.47 Book W891 v.3
General Theological Seminary Library
CHELSEA SQUARE, NEW YORK

Purchased from the fund bequeathed to the Seminary by
EUGENE AUGUSTUS HOFFMAN, D. D.
DEAN 1879-1902

SEP 9 1954 GLICK - BINDER

NOUUM TESTAMENTUM
DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI
LATINE


Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/nouumtestamentum0003ioha

NOUUM TESTAMENTUM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI LATINE

SECUNDUM EDITIONEM SANCTI HIERONYMI

AD CODICUM MANUSCRIPTORUM FIDEM RECENSUERUNT
† IOHANNES WORDSWORTH S.T.P.
OLIM EPISCOPUS SARISBURIENSIS
ET
† HENRICUS IULIANUS WHITE S.T.P.
OLIM AEDIS CHRISTI DECANUS

IN OPERIS SOCIETATEM ADSUMTIS
HEDLEY FRIDERICO DAVIS SPARKS S.T.P.
SACRAE SCRIPTURAE INTERPRETATIONIS PROFESSORE ORIELENSI
ET
ARTURO WHITE ADAMS A.M., S.T.B.
SACRAE THEOLOGIAE IN COLLEGIO BEATAE MARIAE MAGDALENAE DECANO

PARS TERTIA

ACTUS APOSTOLORUM—EPISTULAE CANONICAE
APOCALYPSIS IOHANNIS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
MDCCCCLIV

925.478
W891
v.3
125834

LONDINI ET NOUI EBORACI

APUD GALFRIDUM CUMBERLEGE

OXONII: EXCUDEBAT CAROLUS BATEY
ARCHITYPOGRAPHUS ACADEMICUS

PRINTED IN GREAT BRITAIN

PRAEFATIO

HANC editionem Noui Testamenti Latini secundum editionem 'Uulgatam' egregius ille clarusque Iohannes Wordsworth primus circa annum 1877 mente concepit, qui mox Professor primus interpretationis Sacrae Scripturae Orielensis, deinde episcopus Sarisburiensis factus est, tunc autem in collegio Aenei Nasi tutoris munus exercebat. Is a. 1878 delegatos preli Clarendoniani adiit, qui cum ut in Italiam iret hortati essent textus statum accuratius indagaturus, publicandum opus se curaturos esse dixerunt. Initio quidem celerius ibatur. Nam primus fasciculus euangelium secundum Matthaeum continens a. 1889 prodiit; alter euangelium secundum Marcum continens a. 1891; tertius euangelium secundum Lucam continens a. 1892; quartus euangelium secundum Iohannem continens a. 1895: ita in partem priorem quattuor euangelia continentem multo minus uiginti annis consumptum est. Sed postea tardius res ibat: primus fasciculus tertiae partis (Actus Apostolorum) a. 1905, primus secundae (epistula ad Romanos) a. 1911 prodiit: pars secunda (epistulae Paulinae) a. 1941 perfecta est; et hic fasciculus (apocalypsis Iohannis), qui tertiam partem conficit, summam editorii laboris plus quam septuaginta annos producti iam demum expleuit.

Quaesieris fortasse, lector beneuole, cur in recentioribus partibus tanto tardius sit itum: cuius rei hanc maxime causam fuisse dicam quod, ut opus procederet, apparatus criticus plures semper pluribus e fontibus lectiones amplecteretur. Nam primo propositum erat 'ut hic a S. Hieronymo emendatus textus quantum fieri posset restitueretur, utque lectionibus optimorum codicum praebitis haberent uiri studiosi quo iudicium editorum referrent'.[1] Ex quo primorum fasciculorum apparatus Uulgatae paene solius textus indicia fere exhibet: quod cum in euangeliis nemo grauiter ferat, tum in ceteris adeo ambigitur quantum et quo modo emendarit Hieronymus ut sint qui negent illum omnino quicquam in Nouo Testamento extra euangelia emendasse. Uisum est ergo in apparatu recentiorum fasciculorum parando e ueteris uersionis lectionibus, quae 'Uetus Itala' plerumque ab hodiernis scholaribus uocatur, eas quae maximi sint momenti seligere. Quarum etiam in ultimo euangeliorum fasciculo exempla inuenias; in sequentibus etiam plures additae sunt, eaeque minutius explicatae: itaque in ultimis fasciculis, quamuis multa (eheu!) editorum neglegentia praetermiserit, propositum est ut editio non minus utilis sit ueteris uersionis lectoribus quam Uulgatae.

A principio non solus agebat Wordsworth: nam in expeditione, ut ita dicam, paranda ueteranorum peritorum B. F. Westcott, Willelmi Sanday consilio usus, a natu minoribus quoque et praecipue a G. M. Youngman in codicibus conferendis adiuuabatur. Priusquam autem multum progressus est, in societatem adsumsit spei optimae adulescentem Henricum Iulianum White, qui, ut Wordsworth ipse libenter confiteri solebat, molem operis maxima ex parte suis ipse umeris sustinuit.[2]

[1] *The Oxford Critical Edition of the Vulgate New Testament* (Oxon., 1882, p. 4).

[2] De editorum societate inter se et de illis qui eos adiuuerunt uide uol. i, pp. viii seqq. De nominibus eorum qui codices contulerunt uide uol. i, pp. xi seqq.; uol. ii, pp. 62, 174, etc.; uol. iii, pp. v seqq., 34, 237, etc.

Mortuo a. 1911 Wordsworth, White solus editor relictus post tres annos Alexandrum Ramsbotham adiutorem sibi conciliauit, cuius nomen sub White cum titulus fasciculi epistulam ad Corinthios secundam continentis, qui a. 1926 prodiit, tum etiam titulus secundae partis exhibet. Eius studio et industriae duodeuiginti annos cum White laborantis summa operis plus debet quam multi forsitan suspicentur.

Ramsbotham a. 1932 mortuo, White, eo tempore Decanus Aedis Christi, in uacuum adiutoris locum tironem me ac rudem inuitauit; et Decanus, Canonici, et Studentes Aedis Christi subsidium liberaliter impendentes (quod per quindecim annos proferebatur) adiuuandi mihi facultatem dederunt. Uix tamen elementa ipsa operis satis doctus sum cum White ipse a. 1934 mense Iulio e uita excessit. Ille quidem, si citra destinatum ipse moreretur, totum me inceptum perficere si possem uellemque uoluerat: sed mors, ut saepe fit, consilia praeuenit. Decretum est ergo me opus ipsum tractare, seniorem quasi e specula omnia gubernare;[1] quem patronatum primum suscepit Franciscus Crawford Burkitt, deinde Burnettus Hillman Streeter, postremo Claudius Ienkins. Tribus his suae cuique gratiae amplissimae debentur, praecipue Ienkins, qui non solum schedas typographorum omnes epistularum a prima ad Timotheum epistula ad epistulam Iudae diligentissime perlegit, sed epistulam ad Hebraeos et epistulas Canonicas mea manu editas necdum ad typographos missas legit et multa commoda et utilia admonuit, atque etiam octo codices contulit qui Bedae Uenerabilis textui Canonicarum Epistularum citantur.

Ex ceteris qui operam dederunt primum omnium nominauerim Arturum White Adams, discipulum olim, nunc autem Sacrae Theologiae Decanum in collegio S. Mariae Magdalenae Oxoniae, qui schedas typographorum omnes ab epistula ad Timotheum secunda usque ad Apocalypsin perlegit, et onus materiae colligendae ad Canonicas epistulas mecum partitus est, ediditque ipse tres epistulas Iohannis; deinde Max Ludouicum Wolfram Laistner, Professorem historiae in Uniuersitate Cornellensi, qui ab exemplari suo photographico codicis Sangallensis 259 transcriptionem factam totius Bedae in Apocalypsin Commentarii in mediis belli difficultatibus benignissime ad me misit; tum Erwinum Nestle, qui summa industria schedas typographorum Apocalypsis perlegit, praecipue quantum ad Graecas lectiones spectant; tum Dauid Rolandum Hall, collegii Orielensis scholarem, qui praefationis huius Latinitatis suasor fuit: nouissime autem gratiae maximae sunt agendae delegatis preli Clarendoniani, et omnibus qui in hoc opere et imprimendo et publicando tantam per tot annos patientiam curamque collocarunt.[2]

HEDLEY FRIDERICUS DAVIS SPARKS.

Dabam Oxoniae e Collegio Orielensi
festo die S. Iohannis Baptistae
a.d. MCMLIII.

[1] Cf. uol. ii, p. iii.

[2] De historia huius operis uide quoque H. I. White, *'The Vulgate New Testament'* (E. W. Watson, *Life of Bishop John Wordsworth*, Lond. 1915, pp. 140 seqq.); A. Souter, *'Henry Julian White and the Vulgate'* (*The Journal of Theological Studies*, Oxon., 1935, pp. 11 seqq.); H. F. D. Sparks, *'The Rev. A. Ramsbotham and the Oxford Vulgate'* (*The Journal of Theological Studies*, Oxon., 1935, p. 391).

IN HOC TERTIO UOLUMINE INSUNT HAEC

PRAEFATIO EDITORUM IN ACTUS v

PRAEFATIONES IN ACTUS APOSTOLORUM 1
De capitulationibus nouis codicum Metensis, Monacensis, et Bambergensis . . 5
Capitula in Actus Apostolorum 7
Elenchus codicum nostrorum in Actibus Apostolorum 34

ACTUS APOSTOLORUM 35

PRAEFATIONES IN SEPTEM EPISTULAS CANONICAS 229

Argumentum in Epistulam Iacobi 232
Capitula in Epistulam Iacobi 234
Elenchus codicum nostrorum in Epistula Iacobi 237
EPISTULA IACOBI 238

Argumentum in Epistulam Petri primam 266
Capitula in Epistulam Petri primam 268
Elenchus codicum nostrorum in Epistula Petri prima 271
EPISTULA PETRI PRIMA 272

Argumentum in Epistulam Petri secundam 310
Capitula in Epistulam Petri secundam 311
Elenchus codicum nostrorum in Epistula Petri secunda 313
EPISTULA PETRI SECUNDA 314

Argumentum in Epistulam Iohannis primam 334
Capitula in Epistulam Iohannis primam 335
Elenchus codicum nostrorum in Epistula Iohannis prima 338
EPISTULA IOHANNIS PRIMA 339

Argumentum in Epistulam Iohannis secundam 380
Capitula in Epistulam Iohannis secundam 381
Elenchus codicum nostrorum in Epistula Iohannis secunda 382
EPISTULA IOHANNIS SECUNDA 383

Argumentum in Epistulam Iohannis tertiam 387
Capitula in Epistulam Iohannis tertiam 388
Elenchus codicum nostrorum in Epistula Iohannis tertia 389
EPISTULA IOHANNIS TERTIA 390

Argumentum in Epistulam Iudae 394
Capitula in Epistulam Iudae 395
Elenchus codicum nostrorum in Epistula Iudae 397
EPISTULA IUDAE 398

Argumentum in Apocalypsin Iohannis 407
Capitula in Apocalypsin Iohannis 410
Elenchus Codicum nostrorum in Apocalypsi Iohannis 419
APOCALYPSIS IOHANNIS 420

PRAEFATIO IN ACTUS.

CAP. I.

DE CODICIBUS ACTUUM IN HANC EDITIONEM COLLATIS ET PRAECIPUE DE CODICIBUS BIMORSU *c dem. e gig. h p s t.*

OMNIUM codicum nostrorum summatim et breuiter notitiam dedimus infra p. 34, et quod attinet ad historiam codicum ACDFGΘKTVW quos omnes in Euangelia adhibuimus, pauca hic scribenda sunt, cum uol. I, pp. xi–xiv, fere satis de eis dictum fuerit. De textu eorum in hoc libro plura adnotanda sunt. Ceteros uero codices quindecim, septem Hieronymianos, octo ueteres, quibus in hunc librum usi sumus, paulo longius hoc loco recensere oportet.

(*a*) *Codices Hieronymiani.*

A. Codex Bibliorum *Amiatinus*; uide I, p. xi; editionem Tischendorfianam cum ipso codice denuo contulit H. J. W. In Actibus hoc notandum est, codicem Amiatinum non solum cum Graecis antiquissimis ℵB sed etiam cum Laudiano (*e*) quadam familiaritate coniungi. Nam ut supra diximus (I, p. 660), congruunt diuisiones capitulorum fere omnino cum numeris qui in Sinaitico et Uaticano adponuntur (uide Hort, *Introduction*, II, p. 266; H. A. Robinson, *Euthaliana*, p. 41; Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 313), et corrector codicis, qui nostro iudicio ipse scriba fuit, uidetur nonnullas lectiones e Laudiano hausisse (infra p. xii, not. 1). Codices AIMOD quasi unam familiam faciunt de qua infra disseremus.

B. Codex Bibliorum *Bambergensis* Bibliothecae Reg. Bamb. A. 1. 5, saec. IX; contulit H. J. W. Alcuinianus est et cum KVFSUR magna ex parte concordat, ut proximus ipse ex hac serie Karolino sit (cf. Berger, *Hist. de la Vulg.*, pp. 206 seq., 376–7). Familia BKVFSUR, ut infra ostendemus, familiae AIMOD in Actibus aduersatur.

C. Codex Bibliorum *Cauensis*; uide I, p. xi; contulit J. S. Familiae Hispanicae est et cum TΘ satis arcte cohaeret, sed maxime cum T. Lectiones in CT a reliquis codicibus nostris discrepantes fere semper aut ueteris uersionis Europaicae sunt (CT = *e gig. p t* hoc ordine), aut textum graecum diuerso modo repraesentant, ita ut parui momenti sint ad explorandum textum graecum qui familiae Hispanicae pro fundamento fuerit. Ubi C et T inter se discrepant, C, ut in Euangeliis, plerumque melior est; immo, post G, proxime omnium ad textum nostrum accedit. Uide infra p. xiii.

D. Codex Noui Testamenti *Armachanus* nunc *Dublinensis*, saec. IX in., ut uidetur (cf. Berger, p. 31); uide I, p. xi; impressit recenter u. cl. J. Gwynn; sed adhuc liber sub manibus est. De huius codicis indole in Actibus fere eadem dicenda sunt quae in Euangeliis (I, pp. 713–15); fundamentum bonum habet et interdum textum Hieronymianum uel solus uel cum paucis comitibus conseruat, ut

exempli gratia iv. 21 **in eo quod factum erat**, xvi. 29 **paulo et silae** (*sine* ad pedes); sed Celticae familiae uitiis obnoxius est, sc. uerborum inuersionibus, additamentis, omissionibus. Haud raro cum Hispanicis (CT) coniungitur, et in paruis additamentis etc., coniunctionem D cum ΘMW etc. satis saepe obseruabit lector; ueteris etiam Latinae reliquias hic illic ostendit, et textus occidentalis proprietates amat (uide praesertim xiii. 33, xiv. 2, xv. 20, 23, 29, xvi. 40, xix. 9, xxii. 7, 28, xxiii. 24, xxiv. 18, xxviii. 29). Utrum ex graeco correctus sit annon, prorsus dubitare licet, cum indicia satis clara desint; notatione tamen digna sunt xviii. 24 ubi D solus habet 'apello'= fere 'Apelles' *Hieron.* (*nom. Hebr.*) et Ἀπελλῆς ℵ* 15. 180; xv. 4 (cf. xxi. 12) ubi D legit 'hierusalem' contra codices nostros sed cum gr. plur. et *d e*; xiii. 22 'in regem' D *d e et graec.*; xv. 7 'in uobis' D *Iren.* = ℵABC; xxviii. 2 'recipiebant.' Interdum lectiones singulares ostendit ut ii. 24 'iuxta illud quod'= *καθότι*, et xxiii. 25 'continentem hunc mundum'= *περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον*.

F. Codex Noui Testamenti *Fuldensis*, saec. VI; uide I, p. xii; editione Ernesti Ranke (Marburgi, 1868) usi sumus. Actus Apostolorum post Epistulam ad Hebraeos ponuntur. De textus indole uide supra ad B, et infra p. xiii. Ita arcte cohaerent Alcuiniani codices cum F ut facile credas Alcuinum codice Fuldensi in emendando textu suo usum fuisse. In Euangeliis quidem difficile hoc fuisset sed non in Actibus.

G. Codex Bibliorum *San-Germanensis*, saec. IX, nunc Par. Lat. 11553; uide I, p. xii; contulit J. S. Textum bonum exhibet in Actibus, ita ut eum saepius quam ullum alium secuti simus (uide infra p. xvi). Ubi codices nostri in partes eunt G cum familia AIMOD plerumque congruit, interdum autem cum BKVF; sed seu cum hac seu cum illa, magna ex parte ueram Hieronymi lectionem habere credimus. Etiam hic illic lectiones quae in AG, GΘ, etc. tantum inueniuntur in textum recepimus; uide praesertim xvi. 29 **paulo et silae** DG* *e*; xix. 23 **uia** *sine add.* AG*ΘIM *e*; xx. 13 **enauigauimus** AG; xxi. 5 **explicitis diebus** ACG*T; xxiv. 14 **patrio deo meo** GΘO; 24 **custodiri** G*ϴ*I. Certe ueterum uersionum uestigiis non caret (e. g. ii. 7, 12, iv. 18, v. 38, vii. 11, xi. 29, xii. 12, xix. 20), et uidetur uno alteroue loco ex Graeco correctus, ut v. 40 *om.* **et dimiserunt eos** G *cum gr.* ℵABC; xvii. 10 *om.* **per noctem** G *cum gr.* (A) 61; xxvi. 7 'in quam' (= *εἰς ἥν*) GSℭ *e gig.* Haec tamen si excipias optimum exemplum textus Hieronymiani extat San-Germanensis.

Θ. Codex Bibliorum *Theodulfianus* saec. IX, nunc Par. Lat. 9380; uide I, p. xii; contulit H. J. W. Hispanicae familiae est et cum CT saepe coniungitur, saepius uero cum D; ita ut testis proprietatum textus occidentalis in Actibus satis bonus habeatur.

I. Codex *Iuueniani Uallicellanus* B. 25[2] saec. IX uel etiam VIII ut iudicat uir doctissimus H. M. Bannister; continet Actus, Epistulas Catholicas, et Apocalypsin. Olim pertinuit ad quandam Ecclesiam S. Laurentio dedicatam ut testantur imagines in pagina post commentarium in Apocalypsin pictae, ubi Iuuenianus quidam (forsan codicis scriba) S. Laurentio sedenti in cathedra librum offert; super caput eius scriptum est *iuuenianus humilis subdiaconus*, et sub oblato libro *offero tibi beatissime sancte laurenti leuita et martyr*; uide

Mabillon, *Iter Italicum*, pp. 67–8, et Blanchinum, *Euang. Quadr.* II, p. DXCIX b. Codicem contulit nostri gratia uir doct. Attilio Profumo; textum habet cum AMOD concordantem et haud raro cum A solo[1].

K. Codex Bibliorum *Karolinus*, Mus. Brit. Add. 10546, saec. IX; uide I, p. xii; contulit H. J. W. Alcuinianus est et in Actibus optimus Alcuinianorum; uide infra p. xv.

M. Codex *Monacensis* Lat. 6230, saec. IX in.; contulit H. J. W.; continet Actus Apostolorum, Epp. Cath., et Apoc.; de capitulationibus in Actibus infra dictum est (p. 5). Textum bonum exhibet cum AIOD concordantem[2].

O. Codex Actuum Apostolorum *Oxoniensis Seldenianus* (Bodl. 3418 = Seld. supra 30) saec. VIII in., litteris uncialibus exaratus, in insula Tanet ('ad orientalem Cantiae plagam' Bed. *H. E.* I, xxv) ut uidetur ante annum 752 scriptus. Opus est duorum scribarum quorum primus capp. i. 1–xvi. 32, alter xvi. 33 usque ad finem libri elaborauit; sed scriptura eius minus firma et nitida est. Contulerunt J. S., G. M. Youngman, et H. J. W. Cum familia AIMD concordat[3].

R. 'Bible de *Rosas*.' Codex Bibliorum Parisinus Lat. 6 quattuor tomis distinctus, in Hispania Tarraconensi Orientali scriptus saec. X; contulit H. J. W.; uide Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 24. Textus Noui Testamenti non multum a Uulgata hodierna discrepat exceptis tantum Actibus Apostolorum; hoc in libro plerumque cum familia BKV concordat nisi quod capp. xi, xii saepe duas exhibet uersiones, unam in textu alteram in margine scriptam; ubi notandum est neque manum primam semper cum Uulgata neque marginem semper cum ueteri Latina concordare, sed ueteres lectiones interdum in textu interdum in

[1] *Uide praecipue* ii. 26 delectatum AIMV, 34 dicit AI[1], 37 **his** + autem AIM, 40 plurimis AIMOV, iii. 12 ammiramini AI(adm.), v. 36 qui AIMS, viii. 34 > hoc dicit AI, ix. 1 aspirans ABI(ads.)KR*V, 19 aliquos ADI*S, 28 erat autem AIM, xxii. 3 istam ciuitatem AI; *aliquando lectiones peculiares habet ut* xxvii. 5 myrram.

[2] *Uide praesertim* v. 21 **aduenientes**, vi. 1 **eo quod**, vii. 51 **incircumcisi cordibus**, ix. 16 **pro nomine meo pati**, xv. 39 **barnabas** *sine addit.*, xvi. 2 **testimonium** *sine addit.*, xvii. 17 **aderant**, 24 **inhabitat**, xx. 29 **graues**. *Interdum tamen lectiones singulares ostendit, ut* iii. 25 **familiae** : tribus M *Iren.*, v. 40 **ne** + omnino MϚ𝔖𝔈 *dem. lux.**, vii. 20 **sui** : nostri M *cum gr.* ℵ*, x. 7 **metuentem** : timentem M, xiv. 10 **exiliuit** : exsurgens M, xv. 7 **diebus** : temporibus M, xvii. 31 **in quo statuit, fidem praebens** : in quo statuit fidem, praebens exemplum M, xxii. 15 *om.* **homines** M, xxvi. 11 **blasphemare** + nomen eius M *dem.*, 26 **neque enim in angulo quicquam horum gestum est** : nihil enim in angulo horum gestum est M (*cf. e*). *Ubi a familia* AIO *discrepat, cum Hispanicis* CT *haud raro congruit et Armachano* D, *atque interdum cum* S; *uide* ii. 33 hoc donum quod CDΘMTW *c dem. e p t*, 37 *om.* **ad** *sec.* CMT, iv. 30 ad sanitates CDMR²T *c dem. gig. p²*, v. 5 audiebant CMT *d gig.*, 16 in (hierus.) CMT *c d dem. e*, 39 **inueniamini** : uideamini CMT *c*, vii. 6 **accola** : aduena CMR²T *e gig.*, 21 **enutriuit** : nutriuit DMS *gig. p*, 56 > a dextris dei stantem CDMR*T *d h*, viii 28 > esaiam prophetam CMSTUW *c*, 32 > hic erat quam legebat MSU, ix. 9 non manducans neque bibens MS, 38 **pigriteris** : pigeat te M(S*) *dem. gig. m p*, x. 20 *om.* **descende** et MS, xiii. 20 **quinquaginta** : triginta MT, xv. 34 *uersus habetur in* CDGΘMRT *vg. c d gig. w*, 38 **opus** + quod missi fuerant CMRT *c d w*, xvi. 36 *om.* **ite** CM, xvii. 13 **turbantes** : conturbantes CM, 26 **omne** : homine CIM, xviii. 21 **dicens** + oportet me *etc.* DΘM*(*ut uid.*)W *d dem. gig.*, xix. 21 transire a macedonia et achaia CMRT *c* (*cf.* D *d e gig.*), 40 **de quo** + nos CMT, xx. 3 cum fecisset menses tres CDΘMT *c dem. e p*, xxi. 32 decurrit DMS* *dem.*, 36 **enim** : autem CMSTU, xxiv. 7 **superueniens** : intercedens DM *gig.*, xxv. 4 **seruari** + quidem CMTϚ𝔖 *c*, xxvi. 29 *om.* **apud deum** M*S, xxvii. 19 **proiecerunt** + in mare CMT *c dem. gig. s.*

[3] *Uide* ii. 40 plurimis AIMOV *e p*, iii. 6 tibi dabo AIO, v. 11 audierant AO, 36 > enim hos ADMO *p*, vi. 7 **dei** ACDGΘI*MOT𝔓 *dem. gig.*, vii. 7 > ego iudicabo AGIMOW *dem.*, 51 **incircumcisi cordibus** AIMOSUϚ *c d dem. lux. p*, 55 intuens AO, x. 3 **hora nona diei** ACDGIMOT *c dem. e gig. p*, xii. 8 **galliculas** ACO, 21 seditque AMO, xix. 27 deputabitur ACDIMOS*T *d e p*, xxi. 2 **transfretantem** *sine addit.* ACDΘMOT *c gig. p*; *hic illic etiam cum* D *lectiones communes habet, ut* ix. 29 + cum gentibus DO, 30 + nocte CDO, 32 pertransiisset DO, 40 + in nomine domini (nostri) iesu (christi) DO *gig. m p*, x. 34 conperio DO, xi. 17 + credentibus in nomine iesu christi DO, xvi. 1 + et cum circuisset has nationes DO, xvii. 17 colentibus deum DO *gig.*, 32 audiamus DO, xxiv. 25 > christum iesum DO *dem. e.*

margine reperiri; quae quidem lectiones textum ostendunt Hispanicae uersioni codicis *p* in eadem regione conscripti similem.

S. Codex *Sangallensis* Lat. 2. Plures tractatus continet codex, inter alia (foll. 304–488) Actus Apostolorum et Apocalypsin a monacho Winithario, saec. VIII conscriptos; contulit H. J. W.; uide Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 120. Textus licet familiae BKVR magna ex parte adhaereat, tamen arctius cum codice Ulmensi (U nostro, uide infra) concordat, quocum ita saepe lectiones singulares, sc. additamenta breuiora etc., exhibet ut facile credas ambos codices ex uno apographo, neque hoc tam ualde remoto, deriuari. SU igitur intra magnam familiam BKVR ipsi quasi minorem familiam efficiunt quam Hiberno-Gallicam nominare possumus. Ubi S ab U differt, omissionibus pronus est.

T. Codex Bibliorum *Toletanus*, saec. ut uidetur VIII (non X); uide I, p. xiii, et Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 12; contulit J. S. De indole codicis uide supra ad C.

U. Codex *Ulmensis*, nunc Mus. Brit. Add. 11852; continet Actus, Epistulas, et Apocalypsin saec. IX ex. scriptos; contulit H. J. W. Fuit primo Sangallensis iussu Abbatis Hartmoti scriptus, deinde ad bibliothecam uiri doct. Raymundi Kraft Ulmensis pertinuit; uide E. Nestle 'Bengel als Gelehrter' pp. 58–60 (Tubingae 1892). De textu uide S supra.

V. Codex Bibliorum *Uallicellanus* B. vi, saec. IX; uide I, p. xiv, et Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 197; contulit J. S. In capp. i, ii, miro modo cum familia Amiatina concordat; in reliquis capp. magis cum ceteris Alcuinianis cohaeret.

W. Codex Bibliorum Mus. Brit. Reg. I. B. xii a *Willelmo* de Hales anno 1254 scriptus; uide I, p. xiv; contulit H. J. W. Specimen textus medio aeuo usitati.

(*b*) *Codices ueterum uersionum.*

c. Codex Noui Testamenti *Colbertinus*, Par. Lat. 254, saec. XIII; uide I, p. xxxi. Duo codices in hoc libro continentur quorum primus Euangelia uersione ueteri, ut iam diu notum est, scripta exhibet, alter reliquos Noui Testamenti libros uersione Hieronymiana, non autem adeo pura ut ueteribus lectionibus omnino careat; in Actibus certe mixta est, nec parui momenti ad illustrandas proprietates textus Occidentalis. Maxime cum codicibus ad Galliam meridionalem pertinentibus concordat, et bene conicit Berger (*Hist. de la Vulg.*, p. 75) codicem ipsum in Gallia Narbonensi fuisse conscriptum; contulit H. J. W.

d. Latina uersio codicis Bezani (D); uide I, p. xxxi. De huius codicis indole disseruit uir doct. F. Blass ('Acta Apostolorum,' etc., Gottingae 1895, et 'Acta Apostolorum . . . secundum formam quae uidetur Romanam,' Lips. 1896), qui iudicat eum optimum testem esse ueteris textus Occidentalis. Singulares eius lectiones in unaquaque pagina nostrarum notularum lector perspiciet; sed hic satis erit enumerare affinitates eius cum uersione syriaca harclensi, cum graeco min. 137, cuius collationem sub signo M uir doct. Iohannes Mercati Mediolanensis dedit apud Hilgenfeld ('Acta Apostolorum,' Berolini 1899), et interdum cum *gig.*; ut facile intellegas Occidentalem uersionem antiquis saeculis longe

lateque diffusam esse. Deficit codex viii. 20–x. 4; xx. 31–xxi. 2; xxi. 7–10; xxii. 2–10; xxii. 20 *ad fin.*

dem. Codex *Demidouianus*, saec. ut uidetur XIII scriptus, sed hodie perditus est; edidit C. F. Matthaei, *Nouum Testamentum*, etc., tom. IX, Rigae, 1782. Textus, ut ex notulis nostris apparebit, mixtus est, maiori ex parte Hieronymianus sed non sine uariantibus lectionibus, additamentis etc. quae omnibus ueteribus Latinis communia sunt; inter ueteres tamen demidouianus colbertino (*c*) proximus accedit, ut notat Berger (*Hist. de la Vulg.*, p. 75).

e. Codex Actuum Apost. *Laudianus* Oxoniensis Bibl. Bodl. Laud. Gr. 35; Latino-Graecus saec. VI ex. scriptus. Fuit ut uidetur inter libros quos Theodorus Tarsensis Archiepiscopus Cantuar. secum Angliam apportauit A. D. 668. Ibi usque ad Northumbriam peruenit ubi uenerabilis Beda eum uidit et in commentariis suis ('Expositione' sc. et 'Retractatione' in Actus) saepe citauit; et forsan scriba codicis Amiatini textum suum ad eius auctoritatem interdum correxit. Postea Bonifacius uel quidam ex discipulis eius in Germaniam exportauit ubi aliquantulum moratus est codex ut testantur notae etc. in ultimis paginis manu Teutonica scriptae. Textus Latinus satis bene textui Graeco respondet: a uersione uero Africana, quantum ad Latinitatem spectat, tam longe distat ut, nobis iudicibus, uersio diuersa haberi possit; quantum ad textum graecum, inter occidentales et recentiores orientales locum habet sed propior est orientalibus, uide Blass, *Act. Apost.*, Gottingae, 1895, p. 28. Textus graecus ex Latino interdum correctus uidetur, ut vi. 10, xiv. 7, xxiii. 3, uide Blass l. c. Edidit Tischendorfius (*Mon. sacr. ined.* tom. IX, Lips. 1870), sed schedas nostras cum ipso codice contulit H. J. W.; deficit codex xxvi. 29–xxviii. 26.

g_2. Fragmentum *Mediolanense*, saec. X–XI; edidit A. M. Ceriani (*Mon. sacra et prof.* I, ii, p. 127, Mediol. 1865). Lectionarius est et habet titulum 'In Christi nomine incipit: lectio actuum apostolorum in natale sancti stefani'; continet Act. vi. 8–vii. 2 et vii. 51–viii. 4. Textus cum codice *gig.* maxime congruit.

gig. Codex Bibliorum *Gigas* Holmiensis, saec. XIII in Bohemia scriptus; edidit J. Belsheim, Christianiae, 1878; editionem cum ipso codice contulit et plurimis locis correxit H. Karlsson, Holmiensis. Europaicae familiae est et multa et grauia testimonia textui Occidentali affert, uide praesertim xxviii. 16 'centurio tradidit custodias principi peregrinorum,' etc.; hic illic, ut capp. xi–xiii, cum *d* saepius concordat. Ita arcte cum textu quo usus est S. Lucifer Calaritanus cohaeret ut affirmare possimus Luciferum eiusdem textus codicem ante oculos habuisse. Gigas ergo noster exemplum praebet uersionis saeculo quarto in Italia et Sardinia usitatae. Textui graeco longe propinquior est quam uersio Hieronymiana, ut interdum doleas Hieronymum ipsum hanc uersionem non adhibuisse.

h. Fragmenta Apocalypseos, Actuum Apost., Epistularum Cath., *Floriacensia* rescripta, nunc Par. Lat. 6400 G; saec. VII litteris uncialibus exarata. Edidit S. Berger (*Le Palimpsest de Fleury*, Paris, 1889). Bonum est exemplum textus occidentalis, et familiae Africanae antiquissimus testis. Habentur tantum capp. iii. 2–iv. 18; v. 23–vii. 2; vii. 42–viii. 2; ix. 4–23; xiv. 5–23; xvii. 34–xviii. 19; xxiii. 8–24; xxvi. 20–xxvii. 13.

m. Lectiones e libro *De diuinis scripturis siue Speculum*; editione F. Weihrich *Corp. Scr. Eccl. Lat.*, tom. XII, pp. 287–700, Uind. 1887, usi sumus, uide I, p. xxxii. Africanae familiae exemplum est paulo recentius.

p. Codex Noui Testamenti *Perpinianus*, nunc Par. Lat. 321, saec. XIII in. scriptus. In Actibus textus mixtus est, partim Hieronymianus partim ueteris uersionis; quae uetera sunt sc. i. 1–xiii. 5, et xxviii. 16–31 edidit S. Berger (*Un ancien texte latin des Actes des Ap. retrouvé dans un MS. provenant de Perpignan; tiré des notices et extraits des MSS. de la Bibl. Nat. et autres Bibliothèques*, tome XXXV, 1re partie, Paris 1895); reliqua contulit H. J. W. Textus Europaicus est sed saepe antiquiores lectiones Hispanas seruauit.

s. Fragmenta *Bobiensia* (nunc Uindobonensia Lat. 16) rescripta, saec. VI. Ediderunt Tischendorfius, 1847 (*Wiener Jahrbücher d. Literatur*, 120, *Anzeige-Blatt*, p. 36), Belsheim, 1886 (*Fragmenta Vindobonensia*, Christiania), et H. J. W., 1897 (*Old Latin Biblical Texts*: No. iv, Oxford); ueteris uersionis sunt, familiae Europaicae, textui codicis *gig*. simillima. Continent tantum xxiii. 15–23; xxiv. 6, 8, 13–xxv. 2; xxv. 23–xxvi. 2; xxvi. 22–24, 26–xxvii. 32; xxviii. 4–9, 16–31.

t. Lectiones e libro qui dicitur *Liber Comicus siue Lectionarius Missae quo Toletana Ecclesia ante annos mille et ducentos utebatur*; ed. D. Germanus Morin, Maredsoli, 1893 (*Anecdota Maredsolana*, I). Edidit Morin ex codice Par. Bibl. Nat. *nouv. acq. lat.* 2171, saec. XI; sed textus longe antiquior est, et ut uidetur saeculo septimo tribui potest. In Actibus lectiones ante-Hieronymianae sunt, familiae Hispanicae; cf. *p* et codices nostros CT.

De his codicibus ueterum uersionum haec pauca adnotanda sunt. Praesto sunt nobis codices, uel potius codicum partes satis multae quae diuersas formas textus ante-Hieronymiani repraesentant. Non autem ex eis librum totum ut se in forma Africana habebat conglutinare possumus, neque est ulla recensio quae tam prope textui Hieronymiano accedit quam in Euangeliis Brixianus. Sunt autem (1) codices Africani *h m*, (2) Europaei qui dicuntur, *e* g_2 *gig*. *p* (partim) *s*, (3) Hispani *p* (partim) *t*, (4) *d*, (5) mixti *c dem*., id est partim Hieronymiani, partim ueteris uersionis.

CAP. II.

DE CODICIBUS GRAECIS QUIBUS S. HIERONYMUS IN ACTIBUS USUS FUERIT.

Scripsimus in Epilogo ad Euangelia (I, p. 660) Hieronymum nostro iudicio 'tum textus formam cum Sinaitico codice plus minus concordantem cognouisse, tum alteram ualde alienam quae nobis alias ignota sit,' et (p. 662) 'Hieronymum ad manus habuisse codices Graecos qui ab omnibus qui ad nos peruenerunt diuersi fuerint.'

Primam ex his sententiam nemo, quod scimus, impugnauit; aliqui uiri docti de codicibus Graecis hodie ignotis dubitauerunt. Nobis tamen hanc sententiam

confirmauit inuestigatio textus Actuum Apostolorum de quo iam disserendum est.

Missa facimus exempla permulta minoris momenti, qualia sunt inuersiones uerborum et uarietates dictionis quae ab Hieronymo elegantiae uel styli sui seruandi causa illata[1], aut ex ueteris uersionis codicibus accepta, uideri possint. Sunt enim pauciora quidem, sed grauia, quae codices Graecos a nostris diuersos, Hieronymo tamen notos, indicant; exempli gratia i. 18 **suspensus**, v. 3 **temtauit**, xix. 35 **iouisque prolis**, et cetera quae in nota ad calcem paginae collegimus, quae neque in codicibus Graecis inueniuntur, neque in ueteribus Latinis nisi forte in eis quos 'mixtos' esse iudicamus[2].

Quod ad Graecos attinet iam extantes meminerit lector in duas familias satis magnas codices a uiris doctis distingui, Orientalem scilicet (= α Blass) et Occidentalem (= β Blass, uel δ Kenyon). Familia orientalis in duos ramos diuiditur, antiquiorem (ℵB), et recentiorem (HLP etc. = 'Syrian recension' Westcott et Hort). Familiae occidentalis quasi dux habetur Codex Bezanus (D et *d*), sed sequuntur uersio Syriaca Harclensis, codex ueteris Latinae Regius Parisiensis (*h*), et textus locorum a Cypriano et aliquando ab Augustino citatorum (uide praesertim adnotata ad capp. i, ii). Lectiones etiam occidentales satis multae in codicibus nostris Latinis adseruantur, immo aliquando in textum nostrum receptae sunt[3].

[1] *e. g.* vii. 24 **percusso aegyptio**: percutiens aegyptium *e p et gr.* πατάξας τὸν Αἰγύπτιον; *sed amat Hieronymus ablatiuum absolutum, uide* xii. 19, xiv. 14, 19, xv. 33, xvi. 29, xviii. 23, xix. 1, 21, xxii. 16, xxviii. 2, *etc. Maioris momenti sunt quae sequuntur*:— i. 8 **superuenientis spiritus s. in uos**: superueniente s. spiritu in uos *e* (*gig.*) *cf. d*; *gr.* ἐπελθόντος τοῦ ἁγ. πν. ἐφ' ὑμᾶς; vii. 38 **uerba uitae**: eloquia uiua *e p**, eloquia uiuentia *gig., et gr. plur.* λόγια ζῶντα; 39 **oboedire**: oboedientes esse *d*, obaudientes esse *e, et gr.* ὑπήκοοι γενέσθαι; x. 10 **et cum esuriret**: factus est autem esuriens et *d*, factum est au. (ut) esuriret et *e, et gr.* ἐγένετο δὲ πρόσπεινος καί; xiii. 17 **cum essent incolae in terra aegypti**: in peregrinatione in (*om. e**) t. aeg. *d e, et gr.* ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ; xiv. 15 **nos mortales sumus similes uobis homines**: nos similiter passibiles ut uos (> ut uos pass. *m*) sumus homines *gig. m, et gr.* ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμὲν ὑμῖν (> ὑμῖν ἐσμέν C *min.*) ἄνθρωποι; xxi. 5 **et explicitis** (*uel* expletis) **diebus**: cum autem factum explere nos dies *e, et gr.* ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι (*uel* ἐξαρτ. ἡμᾶς) τὰς ἡμέρας (*cf.* xxviii. 17); xxii. 1 **quam ad uos nunc reddo rationem**: uerba mee excusationis *gig., fere* = *gr.* τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας; 24 **flagellis caedi et torqueri eum**: fragellis torqueri eum *e*, flagellis eum interrogari *gig., et gr.* μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτόν; xxv. 16 **ad abluenda crimina**: de crimine *e*, criminis *gig., et gr.* περὶ τοῦ ἐγκλήματος; xxviii. 7 **in locis autem illis**: inter eos autem qui in illo loco morabantur *gig.* (*s*), *et gr.* ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον.

[2] *Tales sunt* i. 10 **euntem illum**: *gr.* πορευομένου αὐτοῦ; i. 18 **suspensus**: pronus factus *d e p** *et* πρηνὴς γενόμενος *gr.*; iv. 25 **qui spiritu sancto per os patris nostri dauid pueri tui dixisti**, *uide ad loc.*; v. 3 **temtauit** *ubi Hieron. correxit, ut uidetur, lectionem ueterem* impleuit *e*, repleuit *gig. p**, adinpleuit *d*, = *gr.* ἐπλήρωσεν; 32 **omnibus** *contra gr.*; ix. 39 **quas faciebat illis dorcas**: *gr.* ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς, *et ita e m p*; xii. 20 **eo quod alerentur regiones eorum ab illo**: *gr.* διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς *et ita* (*d*) *e gig. p*; xix. 35 **iouisque prolis**: *gr.* τοῦ διοπετοῦς, *uide ad loc.*; xxiv. 2 **et citato paulo**: *gr.* κληθέντος δὲ αὐτοῦ (*om.* αὐτοῦ B) *et ita e gig.*; **multa corrigantur per tuam prouidentiam**: *gr.* διορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας; xxvi. 7 **duod. tribus nostrae nocte ac die deseruientes**: *gr.* τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν ἐν ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεῦον; xxvii. 1 **eum nauigare**: *gr.* ἀποπλεῖν ἡμᾶς; **cum reliquis custodiis**: *gr.* καί τινας ἑτέρους δεσμώτας; 43 **et euadere** (ut euaderent SU): *om. gig. cum graeco*; xxviii. 15 **et inde cum audissent fratres**: *gr.* κἀκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν (*om.* τὰ π. ἡμ. *syr. pesh.*). *In his exemplis omnes codices Hieronymiani textui nostro suffragantur; in sequentibus plurimi uel plures;* ii. 42 **communicatione fractionis panis** *codd. plur. vg. c d dem.* (*p*): *gr.* τῇ κοινωνίᾳ (+ καὶ ℵ^{c}D^{2}EP *al.*) τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, *et* comm. fractione panis BC *t*, communicationi fractioni panis *e gig.* (> pan. fract.); xi. 29 **discipuli ... proposuerunt**: + singuli eorum CGT *gig.*, + sing. autem ipsorum *d*, + unusquisque eorum R *e p**, *et gr.* + ἕκαστος αὐτῶν *post* ὥρισαν; xiii. 7 **paulo** (paulum R): saulo GOU^{1} *dem. p*, saulum *d e gig. Lucif. et gr.* Σαῦλον; xviii. 4 *om. uers.* A*BFGI*KMOSUV *p*: *habent* A^{1}CDΘI^{1}RTW *uett. plur. cum graeco et uerss. rell.*; xix. 27 **magnae**: + deae CFM^{c}OTU* *d e gig. p** *et graec.*; xxvii. 44 **omnes animae** *plur.*: *om.* **animae** A* (+ A^{1}) *cum graeco.*

[3] *Lectionibus occidentalibus maxime infecti sunt codices* DΘR; *uide praecipue* x. 32, xi. 1, 2, 17, 27, xii.

Codex Laudianus (E et *e*) huic familiae adnumerandus est, sed textui orientali recentiori magna ex parte conformatus qualis saeculo post Christum sexto uulgabatur. Qui codex saeculis septimo et octauo in Anglia adseruatus non parui ponderis fuit ad textum codicum Anglicanorum constituendum fuisse uidetur; certe Amiatinus noster multis in locis ex Laudiano correctus est[1].

Sed etsi lectiones occidentales satis saepe in quibusdam, interdum in omnibus codicibus nostris occurrunt, tamen perspicuum est Hieronymum hunc textum pro fundamento recensionis suae non elegisse.

Restat ergo ut inuestigemus in quam partem textus orientalis (*a*), antiquiorem scilicet uel recentiorem, magis inclinauerit. In hoc lector qui notas criticas nostras perspexerit a iudicio nostro uix dissentiet, Hieronymum tum in Euangeliis cum in Actibus familiam graecam secutum esse cuius duces sunt ℵABC[2]; cum enim non id agit ut alteram familiam numquam praeferat, tamen multo saepius antiquiori eam postponit.

Utrum ipsa magna et antiquissima exemplaria ℵ et B coram oculis habuerit annon, prorsus dubitare licet; paucissimi sunt loci in quibus uel cum hoc uel cum illo solo consentit; et ubi inter se uariant, id est ubi uel ℵ contra B et reliquos huius familiae codices stat, uel B contra ℵ et reliquos, Hieronymus cum

3, 22, xiii. 33, 43, xiv. 2, 6, xv. 2, 20, 23, 29 *etc.*; *sed hic illic codd. plures et maioris momenti eidem textui fauent, ut* v. 15 ADΘMOR²ST^cUW, viii. 37 A¹BDΘORTUVW, ix. 5 BCDFG²KORSTUVW (*cf.* A²M *uersu* 4), xviii. 21 DΘM*W; *nonnumquam etiam Hieronymus ipse, ut* i. 4 **per os meum** = *gr.* D, ii. 15 **cum sit hora diei tertia** = *gr.* D*, 24 **inferni** = *gr.* D, v. 22 **et aperto carcere** = *gr.* D *syr. harcl.* (*cum**), xi. 4 **ordinem** = *gr.* D, xiii. 1 **in quibus** = *gr.* D*, 31 **usque nunc** = *gr.* D, xiv. 19 **quidam** = *gr.* DE, xvi. 13 **uidebatur oratio esse**, xxi. 21 **non debere eos circumcidere** = *gr.* E; *quamquam editio Clementina lectiones aliquas retinuerit quae optimorum codicum auctoritate sine dubio reiciendae sunt, e.g.* viii. 37 *et* ix. 5 (*uide supra*), xv. 34, 41, xxiii. 24, xxiv. 7, xxviii. 29.

[1] *Correctiones in Codice Amiatino semper uel fere semper manu prima scriptae sunt; et ubi graeci textus uarietatem produnt, tam saepe cum textu* E^gr *concordant ut facile credas scriptorem codicis* A *Actus Laudianos in manibus habuisse* (*ut monet nos uir doct. G. M. Youngman*); *uide praecipue* vi. 10 + propter quod redarguerentur *etc.* A¹DΘ *e t cum gr.* (D)E, *quamquam* A¹ *non habet clausulam* cum ergo non possent contradicere (*uel* resistere) ueritati *quae inuenitur in* Θ *d e h t et gr.* DE; viii. 37 *habetur uersus in* A¹BDΘORTUVW *uett. cum gr.* E *min.*; ix. 4 **persequeris** + durum tibi est contra st. calcitrare A^cM *et gr.* E 180 (*cf. u.* 5); xix. 9 **uiam** + domini A¹CDΘKMRTVW *cum gr.* E; xxiv. 7 *habetur uersus in* A¹BDIKMRVW *cum gr.* E *al. sat mul.*

Correctiones minoris momenti ubi A¹ *cum gr. plur.* (*etiam* E^gr) *concordat, sunt* iv. 28 **cons. tuum** A^cBCFKMRSUVW *cum gr.* ℵA²DEP *al.*; v. 34 **homines** (= *gr.* ℵAB 80): apostolos A¹CDOT *cum gr.* DEHP *al. fere omn.*; vii. 19 **patres** (= *gr.* ℵBD): + nostros A¹BCDGKMRSTUVW *et gr. plur.*; 44 **fuit patribus nostris** (= *ἦν τοῖς πατρ. ἡμῶν plur.*): fuit cum p. n. A¹S, *cf.* *ἦν ἐν τοῖς π. ἡμ.* D*E *al. mult.*; x. 4 **quid est** A¹B*CDFΘKSUV = *gr. τί ἐστιν*: qui es A*M; xi. 25 profectus est autem barnabas tharsum A¹O, *cf.* *ἐξῆλθεν δὲ εἰς* T. *ὁ Βαρν.* EHLP *al. pler.* (*om. ὁ Βαρν.* ℵAB); 28 **in uniuerso orbe**: *gr.* *ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην et* in uniuersum (omnem *e*) orbem A¹ *e gig.*; xvii. 23 **inueni et aram** A¹ *al. cum gr. omn.* (*om.* et A*CGSU); xviii. 3 erant autem A¹CDKUV *cum graeco*; 4 *habetur uersus in* A¹CDΘI¹R TW *cum graecis*; xx. 20 **subtraxerim** *sine add.* A¹CDFGΘSTVW *cum graeco*: + uobis A*BIKMORU; 23 **manent** *sine add. codd. plur.* (*et* A¹) *cum gr. paene omn.*: + in hierosolymis A*GΘW *et gr.* D; *tantum* xxvii. 44 *addidit* animae A¹ *cum codd. rell. nostris sed contra graecum.*

[2] *Locos circiter* CCXX *ex notulis nostris collegimus in quibus codices graeci in partes eunt, Hieronymiani omnes uel saltem optimi inter se concordant; in his inuenimus Hieronymum familiam* ℵABC *duplo praetulisse quam* HLP. *Exempla concordantiae cum* ℵAB(C) *sunt* i. 15 **fratrum**; viii. 7 **multi enim eorum qui habebant**; xi. 22 **barnaban** *sine add.*; xii. 20 **erat autem** *sine add.*; xiii. 17 **israhel**; xiv. 12 **barnaban** *sine add.*; xv. 24 **animas uestras** *sine add.*; xvii. 13 **et turbantes**; xviii. 20 **maneret** *sine add.*; xix. 35 **hominum**; xx. 7 **cum conuenissemus**; xxi. 25 **ut abstineant se**; xxii. 20 **consentiebam** *sine add.*; xxiii. 9 **angelus** *sine add.*; xxv. 16 **hominem** *sine add.*; xxvii. 14 **euroaquilo**; xxviii. 16 **romam** *sine add.*

Contra Hieronymus nonnumquam familiam HLP *sequitur, ut* iii. 6 **surge et**; v. 40 **et dimiserunt eos**; xi. 13 **dicentem sibi**; xiv. 8 **ambulauerat**; (xv. 18 = *gr.* AD); xvi. 6 **transeuntes**; xviii. 3 **operabatur**; xix. 37 **uestram**; 40 **concursus istius**; xx. 24 **sed nihil horum uereor nec facio animam meam pretiosiorem quam me**; 25 **dei**; xxi. 5, 6 **orauimus: et cum uale fecissemus**; xxiii. 12 **quidam ex iudaeis**; xxiv. 21 **in me**; xxvi. 28 **fieri.**

maiori parte familiae, non cum codice dissidenti, congruit[1]. Ex hoc forsan colligi potest Hieronymum non ipsis ℵ et B usum esse, sed potius alio quodam exemplari cuius lectiones pluribus codicibus familiae eiusdem communes erant.

Si autem Hieronymus Graecos huiusmodi in textu suo emendando adhibuerit, ut nobis certum uidetur, sequitur eos Uulgatae codices qui antiquiorum Graecorum textui propius accedant praeferendos esse iis in locis ubi codices nostri in partes eant, et ubi partes, quod ad numerum et antiquitatem testium attinet, tam parem auctoritatem habeant ut aliter dubitauerimus quae pars eligenda fuerit[2].

CAP. III.

DE CODICUM NOSTRORUM CLASSIBUS.

SICUT in Euangeliis ita et in Actibus confitendum est nos stemmata codicum componere ausos non esse. Confer I, pp. vii et x.

Lectoribus tamen satis fidenter proponimus id quod ex longo studio in textu componendo habito, et ex consideratione sedula lectionum selectarum fere CCL, de ratione societatis uel familiaritatis quae inter codices nostros intersit, nobis constare uideatur. In quo lectionum delectu et consideratione adiutore sumus usi acuto, strenuo, et iucundissimo Georgio Mallows Youngman A.M., nunc presbytero Dioceseos Sarisburiensis, qui in libro Armachano exscribendo et in codicum diuersorum collatione nobis etiam in primo tomo praesto fuit.

Codices igitur nostros septemdecim in quatuor classes diuidimus. Prima continet quinque (GCAFD) quos primarios nominamus, qui ex uariis regionibus orti nullo modo ab inuicem pendere uideantur. Secunda continet sex (IM, SU, T, O) qui primariis obnoxii, et praesertim codicibus Amiatino (A) et Fuldensi (F), cum illis diuersas familias constituunt. Tertia classis quae quinque continet (Θ, KBVR), est recensionum Theodulfianae et Alcuinianae, quarum altera ita arcte cum codice Fuldensi (F) concordat ut Alcuinum credas eo ipso codice in textu constituendo usum esse. In quarta unum tantum collocamus, Sarisburiensem (W), qui textus medio aeuo uulgati testis est.

1. CODICES PRIMAE CLASSIS GCAFD.

Codices primarii sunt quinque GCAFD, quos eo ordine collocamus ut ostendamus propinquitatem singulorum textui quem credimus Hieronymiano. Ex locis enim CCLII, quorum lectiones nostri gratia digessit G. M. Youngman antedictus, San-Germanensis (G) cum nobis uices CLXIX concordat, Cauensis (C) locis CL, A et F fere CXL (sed A in locis paulo grauioribus quam F), Armachanus

[1] *Centum fere locos collegimus ubi* ℵ *et* B *inter se dissident; in his Hieronymus paene aeque contra hunc et illum facit, sed rarissime cum* ℵ *solo uel* B *solo congruit. Confer tamen* xiii. 6 *ubi legimus* bariesu *cum codd. nostris plur. et* βαριησοῦ ℵ *min.*; xxii. 29 tribunus quoque = καὶ ὁ χιλίαρχος ℵ* *min.*; xxvii. 28 qui *codd. plur. cum* ℵ*; 31 in naui manserint = ℵ* *min.*; xxviii. 2 *om.* propter *ante* frigus *cum* ℵ* *min.*; 18 me *sec. cum* ℵ* 177. *Etiam* ix. 11 surge uade *uidetur nobis correctio Hieronymiana* = αναστα πορευθητι B; xii. 24 domini = B; xvi. 28 paulus magna uoce = B.

[2] *Uide praecipue* v. 34 homines; 39 poteritis; vi. 7 dei; vii. 19 patres *sine add.*; ix. 28 hierusalem *sine add.*; xi. 20 et *sec.*; xix. 2 at illi *sine add.*; 9 tyranni *sine add.*; xx. 22 alligatus ego; xxii. 12 habitantibus *sine add.*; xxv. 22 agr. autem ad festum *sine add.*; xxvii. 2 incipientem.

(D) CXXV. Qui codices, quamuis omnes ex uno fonte Hieronymiano deriuentur, nullo modo, quantum uidemus, ab inuicem pendent. Contra, ut diximus, uariarum regionum textum repraesentant. San-Germanensis ex Gallia meridionali, forsan ex Lugduno uel prope Lugdunum, originem trahit, ut conicit S. Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 72. Amiatinus, ut in Euangeliis diximus (I, p. 705), textus formam in regione Neapolitana uulgati saeculis VI et VII nobis affert. Fuldensis Capuanus est, Cauensis Hispanicus, Armachanus-Dublinensis Hibernicus. Discrepantia horum codicum maxime in A et F apparet, quorum secundus F in capitulis i–viii et xiv–xvi ut ueritatis testis prominet, A uero in ceteris. Unde sequitur concordantiam horum duorum A et F fortissimam esse et raro abiciendam. Extant tamen loci ubi etiam hanc concordantiam deseramus, et lectionem his testibus suffultam uel errori scribarum [1] uel ueterum Latinorum nimiae auctoritati [2] tribuendam censeamus. Concordantiam uero primariorum omnium numquam deserimus nisi ubi lectiones admiserimus quae textui plane deprauato medicinam afferre uideantur, ut sunt iii. 20 †**cum**†, iv. 21 †**clarificabant deum in eo quod factum erat**†, et xv. 29 *om.* **suffocato**, quod uncis quadratis inclusimus [3]. Ceteris locis semper unum uel alterum primariorum sequimur [4], et plerumque duos uel tres uel plures.

2. CODICES SECUNDAE CLASSIS IM, SU, T, O.

Codices sex in hac classe collocamus qui 'deriuati' dici possunt, non tamen alicui recensioni historicae tribui possunt, ideoque quasi medio loco stant inter primarios et saeculorum VIII–IX recensiones. Quorum I (Iueniani Uallicellanus) et M (Monacensis) Amiatini asseclae sunt; S (Sangallensis) et U (Ulmensis) ambo Hiberno-Gallici textum Fuldensem pro fundamento habent, sed additamenta a scribis Celticis dilecta saepe ostendunt. Ubi S ab U differt, omissiones amat, ut diximus supra p. viii. T (Toletanus), ut in Euangeliis, exemplum recentius textus Hispanici est. O (Oxoniensis-Seldenianus) originis obscurioris est: affinitatem nunc cum Amiatino, nunc cum Armachano habet, interdum contra omnes uel fere omnes alios codices facit; uide supra p. vii, not. 3. Codex O ergo 'deriuatus' dici potest, a scriba editus qui nunc hanc nunc illam textus formam praetulerit, Amiatinam scilicet uel Hibernicam.

[1] *Uide* ii. 26 **requiescet** : -cit AFGΘ*IOSV; iii. 22 **suscitabit**: -uit ABFΘ*MOS; v. 3 **mentiri te**: mentire te AFOS *e*; 28 **replestis**: -etis AB*FKO^{c}V *e*p*; xiii. 10 omni iustitiae A*FS; xv. 3 **conuersionem** : conuersationem ABDF*IKMUVW *e*, *et* -sacionem RS*; xx. 23 **me** : meae A*BDFKM*RST UVW *p*; xxiv. 14 **patrio deo meo** : patri deo meo ABCDFIKMSUV, *et* > patri meo deo R, > deo patri meo TW; xxviii. 11 **castorum** : castrorum A*BDFG*ΘIKORS*T*U*W *c p*.

[2] *Uide* i. 20 **habitet**: inhabitet AFGΘMUV *uett.*; vii. 51 **duri ceruice**: dura ceruice (A*?)BCFΘI KORSTUVW *c dem. e g$_2$ gig. lux. m*; viii. 24 **dominum** : deum AFMW *c dem. p cum gr.* D *al. plus* 20. *Praeterea sunt loci perpauci ubi* A *et* F *certe reiciendi sunt*, iv. 21 *om.* **deum** *male* ABFGΘIKMORS UVW; xii. 21 *om.* **autem** AFΘSU; xxvi. 20 **in omnem regionem** : in omni regione AF.

[3] *Cf. et* viii. 12 † **et nomine iesu christi** *etc., ubi distinctionem codicis* A *mutauimus*.

[4] *e.g.* i. 20 **commoratio** BCF^{c}GKRS*TUW : commemoratio DF*Θ; habitatio AIMOS^{c}V; vii. 1 **habent** *plur.* (*et* CDG) : habeant A; haberent FIM; x. 15 **tu ne commune dixeris** CΘOSTUW : > tu commune ne dixeris ABIKRV; ne tu commune dix. DFGM; 29 **accersistis** B^{1}GIKMOST*V : arcessistis ACDRT^{1}; accersisti B*FUW; arcessisti Θ; xvi. 29 **paulo et silae** DG* : + ad pedes BFG^{c}ΘKRSUVW; > ad pedes paulo et silae AC; ad p. pauli et s. IMOT; xxviii. 4 **eum non sinit uiuere** CΘIKUV : eum non siniuit uiu. R, eum non dimisit uiu. A; > non sinit eum uiuere OSW, non siuit eum uiuere M; > eum uiuere non permisit T; non sinit uiuere (*sine* **eum**) BDFG.

3. CODICES TERTIAE CLASSIS Θ, KBVR.

Saeculo octauo exeunte et nono ineunte recensiones duae sub imperio Karolino extiterunt, una a Theodulfo, Uisigotho, Aurelianensi episcopo, confecta (uide I, p. 719), altera ab Alcuino. Recensionis Theodulfianae monumentum eximium est Θ, qui a Uisigotho homine confectum magnam cum CT affinitatem habet; lectiones tamen subinde antiquiores ostendit et cum D et O concordantes. Codicem Aniciensem Theodulfi, forma paene gemellum, non contulimus.

Recensionis Alcuinianae, quae in Actibus a codice Fuldensi maxime pendet, sunt KBVR, quos ordine bonitatis ad huius libri textum constituendum enumeramus. Mirabitur certe lector Uallicellanum (V), qui recensionis Alcuinianae in Euangeliis agmen ducit, non primo loco sed tertio collocari. Sed obseruamus editorem in capitulis i et ii praestantiam codicis Fuldensis in prima libri nostri parte non statim deprehendisse, et textum Amiatinum qui in capitulis i–viii et xiv–xvi, ut dicimus, minoris momenti est, propius secutum. Notandum est etiam capitulationes F, SU, Θ, KBR easdem esse ; sed capitulationes codicis V singulares sunt, neque cum his neque cum Amiatinis ullo modo concordant.

4. CODEX TEXTUS MEDIO AEUO USITATI W.

De hoc codice a *Willelmo* de Hales, pro Thoma de la Wile magistro scholarum Sarum A. D. 1254 scripto, pauca tantum dicenda sunt. Ut in Euangeliis ostendit textum scholasticorum medii aeui manibus tritum; amat additamenta et lectiones occidentales, et saepissime cum codice mixto *c* concordat.

CAP. IV.

DE TEXTU NOSTRO IN ACTIBUS.

Ex his quae supra capp. I et III notauimus, perspicuum erit lectori, codices nostros in Actibus in duas uel forsan tres magnas familias diuidi posse quarum prima constat ex GA(D)IM(O), secunda ex FSU(Θ)KBVRW, tertia ex CT cum quibus saepe coniunguntur Θ, et DO qui licet maiori ex parte cum Amiatino faciant, tamen hic illic quasi initia uarietatum illarum exhibent quae postea magis magisque in codicibus Hispanicis inueniuntur. Sed ex his tribus familiis prima et secunda nobis in textu constituendo maioris momenti sunt.

Cum autem hae familiae saepissime in partes eant, non iudicamus hanc uel illam semper sequendam esse. Immo uero nunc hanc nunc illam sequimur secundum regulas a nobis in euangeliorum textu constituendo propositas (uide I, pp. 725–732). Plurimi sunt loci ubi lectionem quae cum graecis, et praesertim cum graecis uetustissimis concordet, praetulimus[1]. His proxime accedunt loci complures ubi lectionem quae graecum melius latine reddat simili ratione acce-

[1] *e.g.* i. 17 **quia**, ii. 4 **aliis**, iii. 11 **cum teneret autem**, iv. 24 **deum** (*cf.* vi. 7, vii. 7), v. 8 **mihi** (*sine* **mulier**), 34 **homines**, 39 **poteritis**, viii. 36 **quid**, ix. 5 **persequeris** (*sine add.*), 29 **loquebatur quoque** (*sine* **gentibus**), xiv. 15 **terram et**, xv. 2 **ex illis**, xix. 6 **manus**, 9 **tyranni** (*sine add.*), 23 **uia** (*sine add.*), xxi. 8 **erat** (*sine add.*), xxiii. 18 **uocans**, 21 **ei**, xxvii. 2 **incipientem** : *uide etiam supra p.* xiii.

pimus[1]. Non adeo multi sunt loci in quibus lectionem hac sola ratione praetulimus quod in ueteris uersionis latinae testibus non appareat[2]; sed nonnulli sunt ubi haec causa cum aliis conspiret ad ueritatem lectionis discernendam[3]. Sunt minoris momenti nec admodum multi loci ubi scribarum errores[4], betacismos, itacismos etc.[5], repudiauimus; alii sunt ubi eandem familiam per totum uersum secuti sumus cum fidem eius in pluribus propinquis lectionibus probauerimus[6]; alii ubi lectionem breuiorem pro longiori recepimus[7].

Has igitur secundum regulas si notulas nostras exploraueris, amice lector, sine dubio San-Germanensem (G) inter omnes codices eminere perspicies. Qui codex interdum cum BKVFSUR congruit sed saepius cum AIMOD; e. g. ex CCX locis ubi familiae A et F in partes eant, in CXLII codex G nobis iudicibus ueram lectionem conseruat, neque amplius LXVIII locis deteriorem partem sequitur. Ex illis item locis G cum A uices CXXI congruit, cum F tantum LXXXIV.

Si familias autem potius quam codices respexeris, inuenies familiam Amiatinam Fuldensi meliorem esse; nam ex iisdem CCX locis, CXXII sunt ubi familiam A, LXXXVIII tantum ubi familiam F praetulimus. Harum quidem rerum aestimatio, quod facile concedimus, non omnibus criticis eadem erit. Nos enim non omnes locos enumerauimus ubi hac parte codex A, altera uero codex F steterit, sed eos tantum ubi familiae uel potiores familiae partes contra stare nobis uideantur. Neque tantum iudicio nostro fidimus ut affirmemus nos semper ueram lectionem perspexisse. Sed eruditus lector qui notulas nostras in Actus perlustrauerit uix dubitabit censurae criticae in hunc librum paene pro fundamento esse perceptionem discrepantiae harum familiarum, ambas tamen bonae notae esse, et lectionibus ueram auctoritatem praebere, ambas scilicet ex uno fonte Hieronymiano deriuari.

IOHANNES SARISBURIENSIS EP̄S

HENRICUS I. WHITE

Sarisburiae

Septembris die XIV *a. d.* M.D.CCCC.IV.

[1] *e.g.* i. 6 conuenerunt, ii. 40 pluribus, iv. 2 in iesu, 9 iudicamur, 32 possidebat . . . dicebat, xvii. 22 superstitiosiores, xx. 29 graues, xxi. 5 explicitis diebus, xxiii. 8 utraque confitentur, xxiv. 20 accusare, xxv. 10 ubi, xxvi. 17 populo.

[2] *e.g.* i. 20 commoratio *et* habitet, ii. 11 eos loquentes, ix. 11 surge uade, 22 multo magis, xv. 1 saluari, 4 a senioribus, 16 decidit, 19 dominum, xx. 3 ubi cum fuisset menses tres, 9 eductus, 13 enauigauimus. *Notandum est codices c dem. p mixtos esse, i. e. partim ueteres partim Hieronymianos.*

[3] *e.g.* ii. 12 hoc uult esse, v. 34 homines (apostolos), vii. 35 iudicem (*sine add.*), xxi. 5 explicitis diebus.

[4] *e.g.* v. 21 aduenientes (audiens), xvi. 1 iudaeae (uiduae), xvii. 6 orbem (urbem), 17 aderant (audierant), xxi. 24 ambulas (ambulans).

[5] *e.g.* vi. 14 mutabit (-uit); v. 28 praecepimus (praecip.), xxii. 26, 29 ciuis (ciues), xxiii. 4, 5 maledices (-cis); *uide etiam supra, p.* xiv.

[6] *e.g.* i. 20 eorum, ii. 27 neque, x. 30 usque in.

[7] *e.g.* viii. 4 uerbum (*sine add.*), 11 magicis suis (*sine add.*), 12 et nomine, ix. 20 et continuo (*sine add.*), xiii. 13 qui cum eo (*sine* erant), xvi. 2 testimonium (*sine add.*), xxii. 16 exsurge baptizare, xxiii. 9 surgentes (exsur.), 21 amplius (*sine add.*), 24 paulum (*sine add.*), xxvii. 25 deo (*sine add.*), 43 primos (*sine* in mare), xxviii. 26 dic (*sine add.*).

PRAEFATIONES IN ACTUS APOSTOLORUM.

Duas praefationes habent CΘ, *tres* T (*quas exscripsit nostri gratia uir doct. W. Schulz*) *et edd. ant., quattuor* MR; *unam habent* BFIKUVW *c gig., non autem omnes eandem; nihil habent* ADGOS (*ut udtur*) *d e p.*

In codice M *ordo foliorum culpa ligatoris turbatus est et duo folia perierunt; fol.* 1 *habet capitula* XXXVIIII–XLVII; *fol.* 1 *b,* XLVII–LVII; *fol.* 2, LVII–LXI, *deinde prologum* 'Nudam quidem uidetur,' *tunc praefationem* 'Canit psalmista'; *fol.* 2 *b, reliqua praefationis, deinde prologum* 'Lucas natione syrus . . . uirginitate'; *periit folium sequens; fol.* 3 *habet prologum* 'Lucas euangelista ad theophilum scribit,' *deinde capitula* I–IIII; *fol.* 3 *b, capp.* V–XIIII; *fol.* 4, *cap.* XIIII–XXIII; *fol.* 4 *b, cap.* XXIIII, XXV; *reliqua pars paginae uacua est. Certum est igitur foll.* 3, 4 *ante* 1, 2 *stetisse, et periisse folium inter* 4 *b et* 1, *et iterum post* 2 *b; ordo autem fuit* (α) *Prologus* 'Lucas euangelista,' (β) *capitula,* (γ) *prologus* 'Nudam quidem,' (δ) *praefatio* 'Canit psalmista,' (ε) *prologus* 'Lucas natione syrus.'

Praefatio quae sequitur continetur in codd. nostris BFΘKMRTUW *c gig., editionibusque antiquis Hailbrun* 1476, *Wild* 1481, *Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon* 1515 *et* 1518; *cf. Thomasium* I. *p.* 356 *qui priora et ultima tantum uerba impressit ex codd. scilicet Uat.* 4221, *S. Pauli, et Orat.* B. 7.

In codice T *secundum, in edd. Hailbrun, Wild, Kesler, Froben, Sacon tertium tenet locum.*

Inscr. incipit praefatio in actus (actibus Θ[c]) apostolorum Θ *gig.*, incipit prefatio iheronimi in actū apostolorum T, incipit praefatio (prefacio R) sancti (*om.* R) hieronimi prb̄i (pb̄ri R; *om.* BK) in actus (hactus R) apostolorum BKRU, incipit p̄pb̄io s̄ ieī pb̄ri in libro actuū ap̄lorū *c*; incipit prologus M *Sacon* 1518, prologus incipit *Sacon* 1515, item alius prologus *Hailbr., Wild, Kesler, Paganini*, sequitur alius prologus *Froben*; *nihil habent* F (*ut udtur*) W.

Uidetur praefatio nostra ex prologo in Lucam adbreuiata, quem confer uol. I, *p.* 269 *seq.*

LUCAS natione Syrus cuius laus in euangelio canitur apud Antiochiam medicinae artis egregius et apostolorum Christi discipulus postea usque ad confessionem Paulum secutus apostolum sine crimine in uirginitate permanens domino maluit inseruire; qui octoginta et quattuor agens aetatis annos in Bithynia de saeculo noscitur emigrasse.

Hic igitur diuino stimulatus imperio [posteaquam] in Achaiae partibus euangelium scribens Graecis fidelibus incarnationem domini fideli narratione

---

1. luchas R; + antiocensis *edd.* nacione R. sirus RTW. aeuangelio R. **canitur**: est W. **cuius . . . canitur** *ex Hieronymi Ep.* LIII *ad Paulinum uidetur desumptum.* aput RT; + urbem W. anti°chiam B, antiociam T, anthiociam FΘ, anthiochiam R.

2. medec. M, medicine RTW. **artis**: *om.* ΘT; + fuit W. **egregius**: peritissimus W. **discipulus** + fuit *edd.* **postea** + uero W. **usque ad confessionem**: *om.* W; > ad conf. usque Θ.

3. sequutus Θ, sequtur T; + egregium R; + est Θ. **uirginitate**: ueritate T; *post* **uirg.** *deficit* M. **permanens**: manens *gig.*; permansit W.

4. **domino**: deo *edd.* **maluit** *om.* W. **inseruire** *cum* BFΘTU *gig.*; seruire KR *c edd.*; seruiens W. **octoginta et quattuor** BKRUW (quatuor), octuaginta quattuor T, LXXX et quattuor F, LXXX et IIII *gig.*, LXXXIIII Θ: septuaginta et quatuor *c* (LXX[ta] et IIII[or]) *edd., ut in praefatione Lucae.* etatis TW. > aet. annos agens Θ, > annos etatis agens *edd.*

5. **bithynia** *cum edd. Hailbr., Kesler, Froben, etc.*, bythinia F[1]U *Sacon*, bithinia Θ: bythiniam BF*K, bithiniam RT. seculo R; saeculi B. no||scitur B; dinoscitur *gig.* **in bithynia . . . emigrasse**: obiit in bithinia plenus spiritu sancto W, > in bithynia obiit plenus spiritu sancto *edd.*; *ex praefatione Lucae.*

6. **hic**: his *lapsu* F; *om.* T. **hic . . . imperio**: quo instigante *edd.* **posteaquam** (postquam W *gig.*): *om. edd. et quoad synesin recte; conflatio enim in textu est duarum lectionum.* achaie RW, achiae K, acaie T.

7. euuangelium R. grecis KRTUW. incarnacionem R, incationem *lapsu* T*. **domini**: christi ΘT. narrationi F*, narracione R.

ostendit, eundemque ex stirpe Dauid descendisse monstrauit—cui non inmerito scribendorum apostolorum actuum potestas in ministerio datur, ut deo in deum pleno, et filio perditionis extincto, oratione ab apostolis facta, sorte domini electionis numerus compleretur, sicque Paulus consummationem apostolicis actibus daret quem diu contra stimulos calcitrantem dominus elegisset. Quod legentibus ac requirentibus deum breui uolui sermone ostendere quam prolixius aliquid fastidientibus prodidisse, sciens quod operantem agricolam oportet et de suis fructibus edere; quem ita diuina subsecuta est gratia ut non solum corporum sed etiam animarum eius proficeret medicina.

EXPLICIT PRAEFATIO.

1. hostendit R. eundem (*sine* que) W. **dauid** + secundum carnem W. **descendisse** *cum* Θ (disc.) R²T W *c edd.*: originem duxisse R*; de origine descendisse BFKU *gig.*, *sed conflatio uidetur cum* de orig. *fere* = ex stirpe. monstrabit T; *deinde* + non solum usque ad resurrectionem ascensionemque domini produxit narrationem suam . uerum etiam actus apostolorum et praecipue beati pauli cuius indiuiduus in peregrinando comes extitit . sicut uiderat ipse composuit W (*qui quae deesse uidebantur, ex Hieronymi 'De uir. illustr.' c.* vii *aliisque fontibus suppleuit; talia enim additamenta amat, cf. arg. in Ioh.* i. *p.* 486–7). **cui** + etiam W.

2. immerito U. **scribendorum** + eorundem W. apostolicorum W *edd. Hailbr., Wild, Sacon* 1518, *Pagan.* actuᵛm Θ, hactuum R. >actuum apost. *edd.* **ministerio** *codd. plur. edd. plur. et nos in praef. Lucae*: mysterio BFU *Pagan.*

3. **pleno** + atque perfecto R. perdiccionis R. oracione R. apostolo Θ.

4. **domini**: dominice W *edd.* **numerus**: numero T; + duodenarius W; + apostolici ordinis R. conpleretur F*; impleretur ΘT. **paulus** *cum* W *gig. edd.*: paulum BFΘKMRTU *c.* **consummationem** *cum* R (consumacionem) W *c gig. edd.*: consummationis BFΘKTU.

5. hactibus R. **stimulos** FΘT: stimulum BKRUW *c gig. edd.*, *cf. ad Act.* ix. 5, xxii. 7, xxvi. 14. recalcitrantem *c.*

6. eligisset K. **quod**: qui W *c.* , **ac**: et *edd.* dominum T. brebi T; + potius *edd.* uoluit *c*; uoluisse T. **sermone** + *ras.* 2 *litt.* B.

7. hostendere R. >ostendere sermone *edd.* prolixus T*. fastidentibus T*; *similia de fastidiosis lectoribus uidesis ap. Hieron. praeff. in Esai., Iob, et Ezram.* **sciens** + scriptum in epistolis apostoli pauli ad timotheum R. oporantem K; operante F* (*corr.* F¹)

8. **agricolam** *partim in ras.* Θ. oporteat *edd.* **et** *cum* BFKU: primum R *edd. plur.*; *om.* ΘTW *c gig.* hedere R². **quem** + etiam lucam W. **subsecuta** UW *gig. edd.*, *et* subsequuta ΘT: subsecutus BFKR (-qutus) *c.*

9. *om.* **ut** Θ* (+ *sup. lin.*). **corporum**: corporibus *gig. edd.*; sanitati corporis W. set aetiam R. **animarum**: animabus *gig. edd.*; animarum infirmitati *c.* *om.* **eius** W. proficerent T*; profecerit *c.*

Subscr. **explicit praefatio** BΘ *c*: explicit prologus U *Kesler*, > prologus explicit *Sacon* 1515; explicit praefatio actuum apostolorum F; explicit praefacio hieronimi pb̄ri R; finit T; *nihil habent* KW *gig. Hailbr., Wild, Sacon, Paganini.*

Praefatio secunda ex Hieronymi epistula LIII *ad Paulinum* (*Uall.* i. *p.* 280) *desumpta, in codd. nostris* CΘIMRTV *inuenitur; impressit Thomasius* (I. *p.* 348) *ex codice nostro* V, *et iterum* (*p.* 359) *ex codd. Uat.* 4221, *S. Pauli, Orat.* B. 7, *Palat.* 44, *et Reginae Suetiae*; *in* CΘM *secundum, in* T *tertium, in* R *quartum tenet locum; in edd. ant., ut in codicibus Uulgatae recentioribus, fere semper cum praef.* 'canit psalmista' *coniuncta est. In* Θ *post capitula stat.*

Inscr. incipit praefatio Θ, incipit prologus IM, incipit prologus actuum apostolorum V, incipit argumentum in libro actuum apostolorum *Thom.* (*p.* 359), item aliud argumentum de aepistola sancti Iheronimi C, aliud argumentum T, item de eodem R.

Actus apostolorum nudam quidem sonare uidentur historiam et nascentis ecclesiae infantiam texere; sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse

---

1. hactus CR; actuum Θ*. apostholorum C. *om.* **act. apost.** M. nuda CT. quid Θ*, quidam Θ°. **uidentur** (*nam infra* eorum *non fluctuat*) *cum* Θ (uident) IV *edd.*, *et Hieron. ep.*: uidetur CMRT *Thom.* >uid. sonare MR *edd.* hystoria C; storia T. >hist. uid. V. *om.* **et** Θ*. **nascentis**: lactantis I; laetantis *codd. ap. Thom.*

2. aeclesiae C, aeccl. R, eglesie T. infanciam R; historiam V. set R. *om.* **si** Θ*. scribtorem T. lucham CR. essae R.

medicum, cuius laus est in euangelio, animaduertemus pariter omnia uerba illius animae languentis esse medicinam.

---

1. *om.* laus R. *om.* est MV *Thom.* aeuangelio R, euuang. I. **animaduertemus** *cum* CT (adimad.) *Hieron. ep.*: animaduertimus ΘIRV *edd., Thom.*; anim aduertendum est M. homnia C.
2. anime RT. aesse C.

Subscr. explicit I, explicit praefatio Θ *Sacon* 1518, > prefatio explicit *Sacon* 1515, explicit prologus MV; deo gracias memor esto mei R; *nihil habent* CT *Paganini, Thom.*

Praefatio tertia in codd. MR *continetur*; *in* M *primum, in* R *tertium tenet locum. Uidetur fuisse capitulationis cuiusdam initium. Inscr.* prologus M; item prologus hieronimi R.

Lucas euangelista ad Theophilum scribit precepisse dominum Iesum post resurrectionem suis apostolis ne ab Hierosolimis abirent donec spiritus sancti munus acciperent. Interrogatus dominus quando regnum restitueret Israhel, in patris positum potestate respondit. Perceptione tamen sancti spiritus dicit, in omni terra testes sibi futuros apostolos. 5

---

1. luchas aeuuangelista + dei R. theofilum M. **scribit** + in hactibus apostolorum R.
2. resurreccionem R. **ne ab** *periit in* M. hierusolimis R. **abirent** *periit in* M; habirent R
3. **munus** *periit in* M.
4. percepcionem R. *om.* **sancti** R.

Subscr. explicit R; explicit prologus M.

Praefatio quarta continetur in codd. nostris CT *et in ambobus primum tenet locum. Edidimus ex codice Cauensi subiunctis uariantibus lectionibus codicis* T.

Inscr. Incipit argumentum de insequenti Hactuum Apostholorum Libro C; argumentum actū apostolorum T.

Lucas euangelista. Apostholorum hactus. sicuti euangelium. ad Theufilū quendam condiscipulum suum scribens mistica narratione contexuit. qui conuersationem xp̄i cum discipulis. dierum quadraginta et hascensionem eius in caelos. adque in apostolos aduentum spiritus sancti. seu in locum proditoris iudae Matthiam apostholum subrogatum. quae in euangelio suo homiserat. 5 brebi sermone conplexus. post cetera in saulum qui et paulus consummationem apostholicis hactibus dedit. Quem diu recalcitrantem dominus pro sua miseratione ad gratiam uocans. Et apostholica dignitate et martirii postmodum gloria decorauit.

Ostendens aetiam persecutoribus reuertendi ad deum uiam patere per xp̄m. 10 Secundum illud domini per hiezecihelum prophetam dicentis. Nolo mortem morientis tantum hut conuertatur et uiuat.

---

1. apostolorum actus sicut T. teophilum T.
3. ascensionem T.
4. celos T.
5. iude mathiam apostolum T. que T. omiserat T.
7. apostolicis actibus T.
8. apostolica T.
9. decorabit T.
10. etiam T. persequtoribus T.
11. ihezechielum T.
12. ut T. uibat T.

Subscr. explicit argumentum T; *nihil habet* C.

Praefatio quinta continetur in codd. nostris MR, *editionibusque antiquis pluribus.*
In editionibus primum, in R *secundum, in* M *tertium tenet locum.*
Impressit etiam priora et ultima uerba Thomasius I. *p.* 356; *in Bibliis impressis cum praefatione* 'Actus apostolorum nudam quidem,' *etc. in unum coniuncta est.*
Praefatio Hieronymo adscribitur sed inter opera eius non inuenitur; notandum est etiam auctorem Psalmum LXXXIII *quamuis non ad uerbum ex Psalterio Romano citasse cum Hieronymus ipse* (*Ep.* LXXII. 2, *anno* 398 *scr.*) *eundem uersum ex Psalt. Gallicano adferat; multa ex Hieronymi praefatione in librum Ezrae desumpsit auctor.*
Inscr. incipit prefacio beati hieronimi presbiteri **M**, incipit prefacio sancti hieronimi prb̃i in hactus apostolorum R, incipit prefatio beati Hieronymi presbyteri in librum Actus (Actuum *Sacon* 1515, Actum *Pagan.*) apostolorum *edd.*, incipit prologus S. Hieronymi Presbyteri in Librum Actuum Apostolorum *Thom.*

Canit psalmista, Ambulabunt a uirtutibus in uirtutem. Post apostoli Pauli epistolas dudum uno uobis uolumine translatas, Domnion et Rogatiane carissimi, actus apostolorum compellitis ut transferam in latinum. Quem librum nulli dubium est a Luca Antiocheno, arte medico, qui postea inseruiens Paulo apostolo Christi factus est discipulus, fuisse editum. Ceruices premit inposita saepius oneris magnitudo, quia studia inuidorum reprehensione digna putant ea quae scribimus. Illorum numquam odio et detractione iuuante Christo meum silebit eloquium.

1. ambul. de uirtutibus in uirtutes *edd.*; *cf. Psalt. Romanum ps.* LXXXIII. 8 (*Uall.* X. 286) ambul. de uirtute in uirtutem; *Hieronymus ipse* (*Ep.* LXXII. 2) *citat* ibunt de uirtute in uirtutem *cum Gallicano.* **post** *om.* MR (*habent codices recentiores et edd.*).
2. translatis R. dōmon *edd.* rogaciane R, rogation M, rogatione *ed. Kesler.*
3. hactus R. conpellitis M.
4. lucha R. anthioceno M.
5. **est** *om.* MR (*habent codd. recent. et edd.*). aeditum R.
6. sepius MR. honeris R. *cf. Praef. in librum Ezrae* (*Uall.* IX. 1521) 'magnitudo operis impositi ita ceruices premit ut' *etc.* **inuidorum**: in iudorum R. **digna**: dignos R* (*corr.* R^c); dignum M* (m *eras.*). *cf. Praef. in l. Ezrae* 'accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus reprehendendum putant.'
7. que R. nunquam R. hodio R^1. detraccione R. iubante M*.
8. sileuit M. *cf. praef. in l. Ezrae* 'numquam meum, iuuante Christo, silebit eloquium . . . magis uestra caritate prouocabor ad studium quam illorum detractione et odio deterrebor.'

Subscr. explicit prefatio M, explicit prefacio hieronimi prb̃i R.

Editorum Nota

Obseruabit lector eruditus has quinque praefationes plerumque ex laciniis Hieronymianis esse confectas, nullam autem earum ueram esse et genuinam praefationem uel Hieronymi uel alius scriptoris in librum cui praepositae sunt. Ex qua re sine dubio colligendum uidetur nullam in Actus praefationem scripsisse Hieronymum. Non tamen eo progredimur ut credamus Hieronymum librum non emendasse, quae sententia quibusdam uiris doctissimis placet; uide Hieron. Op. uol. X, *pp.* XIX–XXII (*ed. Uall.*). *Docent enim lectiones in notulis nostris descriptas codices nostros plerumque uno agmine contra ueteres stare et unius uiri mentem in opere emendationis laborantem prodere. Quis ille fuerit, nisi Hieronymus, prorsus nescimus.*

DE CAPITULATIONIBUS NOUIS CODICUM METENSIS, MONACENSIS, ET BAMBERGENSIS.

Haec capitula, fere LXII *numero, quae incipiunt* De passione *etc., ex cod. Monacensi* 6230, *saec.* IX–X (*qui est* M *noster in Actibus*) *anno* 1892 *descripsit H. J. White. Qui cum in eis plura animaduersione digna obseruaret alios codices requisiuit in quibus eadem uel similia conseruarentur. Duos cum inueniret ab amico nostro S. Berger in libro suo perutili 'Histoire de la Vulgate' etc. p.* 357 *citari, hos etiam conferendos curauit. Capitula cod. Bambergensis* A. I. 7. *saec.* XIV, *uir doctus Fischer, bibliothecarius, humanissime nostri causa exscripsit; capitula cod. Metensis, saec.* IX *ineuntis, ipse anno* 1901 *exscripsit H. J. White. His codicibus muniti textum satis bonum, adhibita subinde coniectura, constituimus.*

Haec capitula, numquam antea quod scimus euulgata, singularem quendam locum obtinent in historia ecclesiastica N. T. latini, et in hac re cum Priscilliani canonibus in epistulas Paulinas comparari debent. Opus enim sunt Donatistae cuiusdam qui in Actibus sectiones adnotauit opinionibus sectae suae propugnandis utiles. Cuius rei exempla sunt praecipue cap. XLIIII De auctoritate publica quod rebus diuinis numquam se interposuerit *et* XLV De auctoritate baptizandi (*Met.*) *uel* rebaptizandi (M *Bamb.*). *Primum, ex quo apparet Gallionem pro doctore Christianorum a Donatistis habitum, docet capitula post annum* 347 *composita, quo anno Donatus Magnus uocem illam notissimam emisit 'Quid est imperatori cum ecclesia?' Mos rebaptizandi inter Donatistas antiquior est ut patet ex censura prolata a Synodo sub Miltiade anno* 313. *Locum tamen nostrum* (*Act.* XIX. 1–7) *de discipulis Ephesi post baptismum Iohannis denuo baptizatis, citat Optatus Mileuitanus 'De schism. Don.'* V. 5, *potius ut ueritatem doceat quam ut errores refellat; Augustinus uero 'contra litt. Petil.'* II. XXXVII. § 85 (*tom.* IX. *p.* 244) *circa annum* 398, *citat et retorquet Petiliani argumenta ex hoc loco ipso tracta; cf. et 'De unico bapt. contra Petil.'* VII. § 9 (tom. IX. *p.* 531). *Ex quo conicimus haec capitula circa finem saec.* IV *confecta esse.*

Huc etiam trahimus capp. XX *et* XXVI *quae docent baptismum non sine instructione praeuia conferendum esse. Donatistae enim omnes eos qui ad se confugiebant, etiam episcopos et presbyteros, catechumenos faciebant* (*Aug. 'De unico bapt. contra Petil.'* XI. § 19, *tom.* IX. *p.* 536) *et paganos se esse profiteri eis persuadebant* (*Epist.* XXXV, *tom.* II. *p.* 66).

Deinde quod dicitur cap. XLI De calumniis quas sanctis, societate forensium, doctores semper falsissimi machinantur *ex parte Donatistarum prolatum uidetur, quorum Agonistici, uel, ut a Catholicis uocabantur, Circumcelliones, per uicos circumcursantes omnia perturbabant et* 'contra decreta Caesaris' *faciebant; cf. Act.* XVII. 5–7 *cum S. Augustini locis a Gieselero citatis 'Hist. Eccl.'* I. § 86.

Porro locutiones aliquot Africanas in his capitulis obseruamus; legitur enim insecutio *pro persecutione,* sospitas, credulitas, actitare *et forsan alia. Notandum etiam est auctorem fabulam Simonianam cognouisse* (*c.* XVIII), *et textu 'occidentali' usum esse* (*c.* XXXIV; *uide ad Act.* XIV. 2).

CAPITULA IN

Capitula exstant in codd. ABCFGΘKMRSTUV *c.*

Desunt in DOW *d e gig. p edd. ant. plur.*; *Kesler* 1487 *habet* registrum in librum actuum apostolorum cuius sunt capitula XXVIII.

In codice I *ad initium libri priora uerba cuiusque Actuum capitis dantur, e.g.* I Primum quidem sermonem *etc.*; LXXIIII *capitula enumerantur, cf. Thomasium* I. *p.* 359.

A	BFΘKRSU *c*; *cf. etiam Thomasium* I. *p.* 356, *Sabatier* III. *p.* 495, *et Berger* '*Histoire de la Vulg.*' *p.* 356. *Edidit Thomasius ex codd. Uat.* 4221, *S. Pauli, S. Petri,* A. 1, *et Orat.* B. 6 (7?): *impressit Sabatier ex cod. Corbeiensi num.* 2.	CT *Edidimus ex codice* T *quem his in locis transcripsit nostri gratia uir doctissimus W. Schulz.*
Edidimus ex codice Amiatino.		I. De conuersatione domini post resurrectionem suam cum apostolis et de ascensione eius ad celos.
I. Ubi dicitur theophilo primum sermonem iam factum fuisse de operibus et doctrina christi.	I. Ubi praecepit iesus discipulis ab hierusalem ne discederent.	II. De duorum alloquutione angelorum ad apostolos et reditu apostolorum in iherusalem quorum et nomina dicit orantium cum maria et ceteris.
II. Ubi exsurgens petrus in medio fratrum dixit de turba hominum fere CXX.	II. Petrus de iuda condiscipulis suis loquitur ut pro eo e duobus unum eligerent.	III. Petrus de iuda loquitur in cuius locum mathias subrogatur.
III. Ubi completis diebus pentecosten pariter erant congregati et spiritus sanctus superuenit in eos.	III. Ubi spiritus sanctus de caelo descendit super apostolos in locum ubi congregati fuerunt.	IIII. De pentecoste et uarietate linguarum unde petrus dat stupenti populo rationem.
IIII. Ubi stans petrus cum XI leuauit uocem suam et locutus est.	IIII. Ubi petrus dicit iudaeis non enim sicut existimatis hi ebrii sunt cum sit hora diei tertia.	V. Uerba petri de passione et resurrectione et ascensione christi.

Notae ad codd. BFΘK *etc.* I. precepit BK *c.* **discipulis**: *om.* R*(+R¹); + suis *cod. S. Pauli, Sab.* **ab**: a *c.* >ne ab hier. ΘU. *post* **discederent** + *capitulum* ii Ubi reuersi sunt hierosolymam ad montem qui uocatur oliueti *Uat.* 4221; *deinde* Petrus de iuda *sub numero* iii *ponit et sic ad cap.* xxix.

II. **condiscipulis** *cum* FKR *Thom.*: cum discipulis BΘU *c*; cum condiscipulis *Sab.* *om.* **suis** U. **e** BKF *c Thom. Sab.*: de ΘU. **e duobus unum**: >unum e (de Θ) duobus Θ *c*; apostolum *tantum* R.

III. >descendit de caelo U. **fuerunt** BFKR: fuerant ΘU *c Thom.*; fuerint *Sab.*

IIII. iudeis R *c.* *om.* **enim sicut** R. exaestimatis B, extimatis F, estimatis R. hii R. **ebrii**: hebraei Θ. quum R. tercia *c.*

ACTUS APOSTOLORUM.

Inscr. incipit I, incipiunt tituli Θ, incipiunt capitula FV *c*, incipiunt capitula actuum (actum T) apostolorum BKTU, incipiunt capitula (capitolae C) libri actuum (hactuum CR) apostolorum CMR *Met.* 7, incipit capitulatio sequentis libri *Bamb.* A. I. 7, indiculum quid fecerint opostoli in actibus suis ut facile inuenias id quod uis si per numeros percurrens capitula perquisieris G; *nihil habet* A; *deficit* S *usque ad cap.* VII.

V *Ex editione Thomasii uol.* I. *p.* 348.	M (*i.e. Monacensis Lat.* 6230), *Bambergensis* A. I. 7, *Metensis* 7.	G
I. Post passionem suam Dominus in multis argumentis apparet discipulis; et die quadragesimo allocutus eos, ascendit in caelum: qui, promittentibus Angelis sic eum esse uenturum, regrediuntur in Hierusalem.	I. De passione et resurrectione domini et ascensione et aduentu. II. De congregatione apostolorum et oratione quam cum altricibus suis mulieribus celebrarent.	
II. Ad complendam Psalmistae prophetiam, duodecimus pro Iuda traditore Matthias ordinatur Apostolus.	III. De mathia qui precibus apostolorum apostolatum iude suscepit.	I. Petrus loquitur de iuda . in cuius locum matthias elegitur.
III. Completa die Pentecoste descendens Spiritus Sanctus in discipulos, uariarum eis tradit scientiam linguarum: quod audientes Iudaei, musto eos esse plenos asseuerant.	IIII. De spiritu sancto quem iuxta promissum saluatoris apostoli adsumpserunt.	De pentecosten et linguis uariis diuisis.
IV. Stans Petrus cum undecim, testimonium de Iesu perhibet: et compuncti qui audiunt, credunt, et baptizantur: atque adieciuntur Ecclesiae animae quasi tria milia.	V. De propheta iohel cuius testimonio sanctum suos accepisse spiritum conprobarunt.	III. De passione et resurrectione et ascensum christi.

Notae ad codd. M *etc.* I. *om.* **domini** *Bamb.* > aduentu et ascen. *Bamb.* *om.* **et ascen.** *Met.*
II. apostu. *Met.* **quam**: qui *Bamb.* **suis mulieribus** *bis scr.* M. celebrabant *Bamb. Met.*
III. praecibus apostu. *Met.* **iude**: inlaesus *Met.*
IIII. assumps. *Bamb.*
V. **iohel** + e *Bamb.* **sanctum** + se ac *Bamb. Met.* comprobari *Bamb. Met.*

A	BFΘKRSU *c*; *codd. Uat.* 4221, *S. Pauli*, *S. Petri*, *Orat. apud Thomasium*; *cod. Corb.* 2 *apud Sabatier*.	CT
V. Ubi testimonium petrus de iesu nazareno dicit ad populum.	V. Ubi de domino iesu uiris israhelitis loquitur et de scripturis diuinis.	
VI. Ubi dixerunt ad petrum et ad reliquos apostolos quid faciemus uiri fratres et petrus ad illos paenitentiam inquit agite.	VI. Ubi petrus iudaeis dicit paenitentiam agere et baptizetur unusquisque in nomine iesu christi.	
VII. Ubi qui receperunt sermonem eius baptizati sunt.	VII. Ubi apostolis crediderunt et baptizatae sunt animae tria milia.	VI. De panis fractione per domos et prodigiis et quia erant eis omnia communia.
VIII. Ubi petrus et iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam et de clodo.	VIII. Ubi petrus et iohannes ascendentes in templum paralyticum sanant.	VII. De petri et iohannis uirtute in clodum ex utero et petrus ad penitentiam hortatur qui christum occiderunt.
IX. Ubi petrus et iohannes loquentes ad populum superuenerunt sacerdotes et magistratus templi tenuerunt petrum et iohannem in custodiam eo quod adnuntiarent in iesu resurrectionem.	VIIII. Ubi loquebantur apostoli ad populum et superuenerunt sacerdotes et magistratus templi et iniecerunt in eos manus.	VIII. Docentes apostoli in custodiam traduntur et rursus dimissi ueniunt ad suos.
X. Ubi cognouerunt quod petrus et iohannes homines essent sine litteris et idiotae et admirabant eos.	X. Uidentes autem petri constantiam et iohannis.	

Notae ad codd. BFΘK *etc.* V. dominum iesum B. israëlitis *Sab.* scribturis F.
VI. iudeis R *c.* poenitent. U *Thom. Sab.*, penitent. *c*, penitenc. R. **agere** *cum* BFK *cod. S. Petr.*, *Sab.*: **agite** ΘRU *c Thom.* et : ut R *c.* babtizetur *c*, baptizentur K. **unusquisque** + uestrum ΘU *Thom.*
VII. *Hic incipit* S. apostoli *cod. S. Pauli.* baptizati FK, babt. *c.* anime R; + circiter SU. tria millia *Sab.*, trea milia K, ·III· milia B, $\overline{\text{III}}$ R. **baptizatae . . . milia** ***in ras.*** B.
VIII. iohannis S. ascendebant S. templo BFK *c Sab.* paraliticum ΘS *c Sab.*; claudum R. sanauit Θ.
VIIII. **et** *pr. om. cod. S. Petri.* **sacerdotes**: principes sacerdotum S. magistratibus S. ***om.*** **templi** *Uat.* 4221. in‖iecerunt U. **eos** ΘU *Thom.*; eis BFKRS *c Sab.*
X. **autem** *codd. plur.*; *om.* BU, *sed* + iudaei U. constanciam RS. > constantiam petri U. iohannem B; + mirabantur U; + admirabantur *cod. Orat.*

V	M. *Bamb.* A. I. 7, *Met.* 7.	G
	VI. De iudaeis qui iuxta hortationem petri apostoli crucifixisse se dominum paenitebant.	
V. Pulcherrima in Hierosolymis nascentis Ecclesiae uita describitur: ubi Apostolis plura signa facientibus, credentium quotidie numerus augetur.	VII. De tribus milibus iudaeorum elemosynam sanctis post credulitatem facientium.	XXXII. De panis fractione per domos.
VI. Petrus et Iohannes claudum in ingressu Templi saluant: et admirante super hoc populo, in nomine Iesu eum sanatum declarant: quos superuenientes Sacerdotes et Sadducaei in carcerem tradunt, credentibus de turba quinque milibus uirorum.	VIII. De claudo quem petrus ascendens ad orationem circa horam nonam rerum contemptu uirtute curauit. VIIII. De sospitate claudi quem christi uirtute curatum qui ad ipsorum restaurationem uenerant adprobabant.	VIIII. Petrus et iohannes in templo ascendent orare ad horam diei nonam . Item de clodo ex utero matris mendicantem et de agenda paenitentia.
	X. De resurrectione mortuorum et humani generis medela propter quam in carcerem sunt retrusi apostoli.	VI. Docentes apostoli in custodiem traduntur.
VII. Idem reducti ad Concilium, fiducialiter praedicant in nomine Iesu Christi unicam esse cunctis uiam salutis: ac principes interdicentes ne in hoc nomine doceant, Apostolica auctoritate contemnunt.		

Notae ad codd. M *etc.* VI. iude. *Bamb. et* VII. exhort. *Bamb. Met.* **apostoli** : *deficit* apos M. *om.* **se** *Bamb. Met.* penit. *Bamb.*
VII. **iudaeorum** : + conuersis et *Met.* elemosinam *Bamb.*; aelimosinas *Met.* fatientium *Bamb.*
VIII. clod. (dod. *cod.*) *Bamb. et* VIIII. contempte *Met.*
VIIII. **uenerant** *e coni.* : uenerat *codd.* **adprobabant** *e coni.* : -uit *Met.*, approbabat *Bamb.*; adprobau M.
X. medelas *Bamb. Met.* **quam** : qui *Bamb.*; quae *Met.* carcere *Bamb.* sunt trusi *Met*; >tr. sunt *Bamb.*

A	BFΘKRSU*c*; *codd. Uat.* 4221, *S. Pauli, S. Petri, Orat. apud Thomasium; cod. Corb.* 2 *apud Sabatier.*	CT
XI. Ubi dimissi petrus et iohannes uenerunt ad suos dixerunt eis quanta ad eos principes sacerdotum et seniores dixissent.	XI. Dimissi apostoli uenerunt ad suos et narrauerunt omnia.	
XII. Ubi multitudo credentium erat cor et anima una et erant illis omnia communia.	XII. Multitudinis autem credentium erat cor et anima una.	
XIII. Ubi annanias et saphira fraudauerunt de pretio quod uendiderant et mortui sunt.	XIII. Ubi quidam uir ananias cum saffira uxore sua fraudauerunt de pretio agri et expiraverunt.	VIIII. De loci motione in quo orantes stabant et quia uendentes agros pretia afferebant et de anania et saffira.
XIIII. Ubi per manus apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe.	XIIII. Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe.	
XV. Ubi exsurgens princeps sacerdotum et qui cum eo erant repleti zelo tenuerunt apostolos et posuerunt illos in custodia publica illi autem educti ab angelo praedicabant iesum christum.	XV. Ubi princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant iniecerunt manus in apostolos et posuerunt eos in custodia.	X. Apostoli in custodiam missi ab angelo dimittuntur ut in templo predicent quos sacerdotes coarguunt.
XVI. Ubi conuocantes apostolos denuntiauerunt eis ne loquerentur de nomine iesu et dimiserunt eos.	XVI. Ubi caesis apostolis iudaei denuntiauerunt eis ne loquerentur in nomine iesu.	XI. Uerba gamalielis de theoda et iuda pseudoprophetis et apostoli dimissi gaudent quia cesi pro christo sunt.

Notae ad codd. BFΘK *etc.* XI. *om. capitulum* S*, + *in ima pag.* **dimissi** + autem *Uat.* 4221. *om.* **omnia** *Uat.* 4221.

XII. + ubi *ad init.* U. *om.* **autem** RU. credencium RS. **cor** + **unum** S *c codd. ap. Thom., Sab.*

XIII. **ananias** Θ*RU *c Thom. Sab.*: annanias BFΘ[1]KS *Uat.* 4221. **saffira** BFKSU, safira *Thom. Sab.*: sapphira Θ, saphira R *c.* **uxore** + *rasura* U. defraudauerunt *c Thom.* **de pretio** (praet. F, prec. KR): de decimas S, decimas (*om.* de) B. exspir. U, espir. R.

XIIII. **per manus autem**: ubi per manus RU. *om.* **multa** R *Uat.* 4221. **plebe**: populo *cod. S. Pauli.*

XV. princips K, principes R *c cod. S. Petri.* **eos**: illos R; *om.* Θ. custodiam R *c.*

XVI. **caesis apostolis** KR *c* (cesis) *Thom. Sab.*: caesi apostoli BFΘSU *cod. S. Pauli.* **iudaei** K *Thom. Sab.*, iudei R *c*: a iudaeis FΘ *cod. S. Pauli*, a iudeis BSU. denunciauerunt RS *c.* **ne** + **ultra** U. *om.* **loquerentur** *Uat.* 4221.

V.	M. *Bamb.* A. I. 7, *Met.* 7.	G
VIII. Idem refertur suis minas principum : quibus mox ad Deum uocem leuantibus, aduenit Spiritus Sanctus, et maiorem eis praedicandi fiduciam tribuit.		
IX. Item una anima primitiuae Ecclesiae uita refertur : ubi Ioseph quia fideliter possessa reliquit, congruum suae fidei ab Apostolis nomen accipit. At Annanias et Sapphira quia Deo mentiri conabantur, cita morte perfidiae culpam expiant.	XI. De loco qui motus est cum apostoli eiecti de carcere reuersi ad fratres orarent.	
	XII. De substantia indiuisa credentium et de mendacio in anania et saphira perpetrato et morte damnato.	XXXV. De loci motione in quo apostoli stabant et omnia communia erant et de anania cum uxore sua sapphira.
X. Clarescentibus Apostolorum signis, aliarum quoque Ciuitatum multitudo Hierosolymam sananda confluit.		
XI. Missos in carcerem Apostolos Angelus nocte ad praedicandum educit. Quod comperti Principes uerbis eos terrere temptant, nec ualent : interficere cogitant, sed Gamalihel interueniente uetantur : caedunt, minanturque ; nec eos ab Euangelizando coercent.	XIII. De sanctis qui in nomine christi et curare prohibentur semper et docere.	VIII. Apostoli in custodia mittuntur et angelus eos dimittit ut in templo docerent (-ret*) quos sacerdotes coarguunt.
	XIIII. De consilio gamalielis quod dei opus †dissolueret† uitia humana non possent et apostolorum plebis sollicita uisitatione.	VIIII. De theodan et iudae seudoprophetis.

Notae ad codd. M *etc.* XI. **est** + et *Met.* **eiecti** : relicti M *Bamb.*
XII. mendatio M *Bamb.* **anania** : annia M. *om* **et** *sec. Bamb.* saphyra M^{c}. **perpetrato et** *Met.* : perpetua M *Bamb.* dampnatio *Bamb.*
XIII. *om.* **qui in** nomine *Bamb.*
XIIII. gamlihelis *Bamb.*, gamalihelis *Met.* **dissoluere** *ita legendum credimus* (*cf. Act.* v. 39), *sed locus certe corruptus est* : dissolui *codd.* ; *deinde def.* M *usque ad* **persecutionis** *cap.* xxx. posse *Met.* apostolum plebi *Met.*

A	BFΘKRSU*c* ; *codd. Uat.* 4221, *S. Pauli, S. Petri, Orat. apud Thomasium ; cod. Corb.* 2 *apud Sabatier.*	CT
XVII. De numero crescentium discipulorum et murmur graecorum aduersus hebreos et electione septem diaconorum.	XVII. Ubi crescente numero discipulorum factus est murmur graecorum aduersus hebraeos.	XII. De uiduis et septem diaconum ordinatione.
XVIII. De stephano plenus gratia et fortitudine signa et prodigia faciebat in populo.	XVIII. Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat signa magna et prodigia coram plebe.	
XIX. Ubi stephanus confundit iudaeos testimoniis legis illi autem fremebant in eum.	XVIIII. Stephanus loquitur populo de patriarchis incipiens ab abraham usque ad mosen.	XIII. Uerba stefani ad iudeos de genesi (esi *eras.*) et exodo.
XX. Ubi stephanus repletus spiritu sancto intendens in caelum uidit gloriam dei et iesum stantem a dextris dei et lapidauerunt eum.	XX. Ubi haec audientes dissecabantur cordibus suis et stridebant dentibus in eum.	XIIII. Lapidatio et dormitio (dortio*) stefani et quia saulus deuastabat (deuatabat*) iglesiam.
XXI. De persecutione quae facta est in ecclesia hierosolymis et sauli deuastatione et philippus in samaria praedicans.	XXI. Facta est autem persecutio magna ecclesiae quae est hierosolymis.	
XXII. De simone mago seducens gentem samariae.	XXII. De simone mago.	XV. Filippus diaconus dei (de*) uerbum tradidit samarie et simon magus babtizatur ab eodem.

Notae ad codd. BFΘK *etc.* XVII. factum *Thom.* murmor S. grecorum KRSU *c.* hebreos RSU *c.*
XVIII. + ubi *ad init.* U. stefanus S. gracia S. **magna** BΘKRS *c Thom.* : *om.* FU *Sab.* quoram R ; in S. plebem FS.
XVIIII. + ubi *ad init.* U. stefanus S. loquebatur S. **patriarchis** : is *super ras. scr.* Θ. abraam R. *om.* **ad** B, **mosen** *cum* F : moysen BΘKU *c Thom. Sab.*, moisen R, moyse S.
XX. **audientes** + iudaei U. disseceb. F, dissicab. *Sab.* **suis** *om. Uat.* 4221. **dentibus** + suis Θ.
XXI. + ubi *ad init.* U. *om.* **autem** RU. persecucio RS, persequutio Θ ; praedicatio *Uat.* 4221. eclesiae S ; in ecclesia KR (aeccl.) *c Thom.* que R. **est** + in S. hierosolimis U, hierusolimis R ; hierusalem S.
XXII. symone U.

V	*Bamb.* A. I. 7, *Met.* 7.	G
XII. Multiplicato discipulorum numero, septem Diaconi ordinantur ; et crescente Dei uerbo, etiam Sacerdotum turba non modica subiugatur fidei.	XV. De septem dispensatoribus plenis spiritu sancto et magistrorum diuini sermonis ministerio singulari.	X. De uiduis et septe apostolorum constitutio.
XIII. Stephanus in nomine Iesu Christi magnis eminet signis : quem infidelium factio, quia ueritate uincere nequit, falsorum testium suffragia quaerit, eumque ad concilium protrahit.		
XIV. Idem, interrogante Sacerdotum Principe, arguit eos semper Dei legi fuisse rebelles ; qui et prius Prophetas, et nuper Christum occiderint.	XVI. De stephano qui postea quam maiorum ac legis ordinem enarrauit insaniam coercuit iudaeorum.	XI. Tractatus sthefani de genesi et exhodo.
		XII. Lapidatio et dormitio stefani (stepani*).
XV. Idem, frementibus in eum auditoribus, etiam se Iesum a dextris Dei stantem uidere testatur ; et lapidantibus se ueniam precatur. Ecclesia quoque Hierosolymitana, Saulo instante, dispergitur.	XVII. De principe martyrum qui interfectoribus suis indulgentiam ut ipsum facere oportuit postulauit.	
XVI. Philippo Diacono in Samaria Christum praedicante, et signa faciente, multi credunt et baptizantur : in quibus et Simon baptizatus adhaeret Philippo.	XVIII. De mago simone qui in persona falsorum fratrum ad hoc baptizatus est ut deinceps sanctorum saeuus emergeret insecutor.	XII. De simone mago alii (*sic*) baptizatus est.

Notae ad codd. Bamb. etc. XV. septe *Met.* plenos *Met.*
XVI. postea aquam *Bamb.**, poste aquam *cor.* malorum *Bamb.* narrauit *Met.* iude. *Bamb.*
XVII. martirum *Bamb.* *om.* **indulgentiam** *Bamb.* **postulauit :** custodiuit *Bamb.*
XVIII. symone *Bamb. et* XVIIII. personam *Bamb.* seuus *Bamb.* insequu. *Bamb.*

A	BFΘKRSU*c*; *codd. Uat.* 4221, *S. Pauli, S. Petri, Orat. apud Thomasium; cod. Corb.* 2 *apud Sabatier.*	CT
XXIII. Ubi simon uoluit dare pecuniam apostolis dicens date et mihi hanc potestatem ut cui inposuero manum accipiat spiritum sanctum et repulerunt eum.	XXIII. Simon magus pecuniam apostolis offert.	XVI. Simon pecuniam offert apostolis ut accipiat potestatem signorum.
XXIIII. Ubi angelus domini loquitur philippo dicens surge uade contra meridianum et dum abisset obuius est illi quidam aethiops eunuchus quem et baptizauit.	XXIIII. Ubi angelus domini philippo loquitur.	XVII. De filippo eunuco candacis regine et quomodo rapuit filippum spiritus ab eunuco.
XXV. Ubi saulus accipiens a principe epistulas ad damascum ut uinctos teneret christianos et ubi circumfulsit eum lux de caelo.	XXV. Ubi paulus a principe sacerdotum epistulas petit in damascum.	XVIII. De saulo ubi deus ad eum loquitur uia et quomodo credens babtizatur ab anania et predicat christum.
XXVI. Ubi saulus confundebat iudaeos qui habitabant damascum et ubi in sporta per murum dimissus est.	XXVI. Ubi paulus conualescens confundebat iudaeos.	XVIIII. Saulus nocte in sporta dimissus et euadit(uadit*)insidias damascenorum quem barnabas adducit ad apostolos.
XXVII. Ubi petrus perambulans sanctos qui erant lyddae peruenit ad hominem quendam nomine aeneam paralyticum ab annis octo quem et sanauit et in ioppe mulierem nomine thabitas resuscitauit.	XXVII. Petrus ueniens lyddae ad sanctos aenean ab annis octo iacentem in grabatto sanat et discipulam in ioppen nomine tabitam resuscitat.	XX. Petrus lidde paraliticum uerbo sanat et in ioppe suscitat tabitam.

Notae ad codd. BFΘK *etc.* XXIII. + ubi *ad init.* BRS *Uat.* 4221. symon U *c.* peccuniam BRU. **offert** *cum* ΘSU *Thom., et* offeret F; defert R *c codd. ap. Thom.*; deferet K *Sab.*; optulit B; + propter donum spiritus sancti R.
XXIIII. *om.* **ubi** K *c cod. S. Petri.* philippho S. **loquitur** + abire contra meridiem R.
XXV. *om.* **ubi** K *c.* **paulus** *cum* BFΘS : saulus KRU *c Thom. Sab.* principibus BU *Sab.* **epistulas** *cum* F : epistolas ΘKSU *Thom. Sab.*; epłas BR *c.* **petit** : petiit R, petiuit S. > pet. epist. KR *c Thom. Sab.* **in damascum** (-sco S) : *om.* K *c*; + et in uia diuina est uoce prostratus R.
XXVI. **paulus** *etc. ut* XXV; + accepta fide R. **conualescens** + et S. iudeos R *c*, iudaeis S.
XXVII. + ubi *ad init.* BSU. *om.* ueniens U. **lyddae** *cum* FΘ¹, *et* lydae Θ*, lydde BK, liddae *Thom.*, lidde R *c Sab.* : lyddam U, lydda S. **ad sanctos** : Ascos *Sab.* aeneam U, enean *c Sab.*, aenea B, enea K. *om.* **ab** SU. **octo** : ·VIII· FKSU. grabato ΘS *c Sab.*, grabbato *Thom.* *om.* **in grabatto** R. *om.* **sanat** K. discipula BF, discipulum *cod. S. Petri.* iopen Θ*, iopem *cod. S. Petri*, ioppe R *Thom.* **tabitam** *cum* U *c Thom. et* thabitam R : **thabita** S, tabita Θ *Sab.*; tabitas BFK. suscitat Θ.

V	*Bamb.* A. I. 7, *Met.* 7.	G
XVII. Descendentes Samariam Petrus et Iohannes imponunt manus credentibus, ut accipiant Spiritum Sanctum: quod emere pecunia cupiens Simon, anathemate damnatur.	XVIIII. De eodem simone qui cum emere se posse a petro sanctum spiritum credidisset spiritali prouidentia predamnatus est.	XIIII. Simon ubi (tibi *cod.*) pecuniam offert ut accipiat potestate sicut apostoli.
XVIII. Philippus iubente Angelo uiam Gazae petit, ubi instructo ac baptizato Aethiope (-piae *cod.*) Gentium primitias Domino consecrat.	XX. De eunucho quem philippus angelica reuelatione ut †baptizandi formam simul et uiuendi† acciperet rationabiliter baptizauit.	XV. De philippo et eunucho candacis reginae.
XIX. Saulus ad persequendam Ecclesiam Damascum pergens, caelesti increpatione coercetur: mora (*sic*) baptizatus ab Annania, continuo Iesum in Synagogis praedicat.	XXI. De iudicio quod saluator in paulum cum in sanctos saeuiret exercuit et de baptismo ananiae in paulum.	XVI. Saulo ubi deus de caelo loquitur. Item quod per nocte in sportam per murum dimittitur.
XX. Idem, quaerentibus eum Iudaeis interficere, per murum nocte dimittitur: et ueniens Hierosolymam Barnaba duce Apostolis coniungitur. Sed et ibi a Graecis passus insidias, Tarsum transfertur a fratribus. Cuius furore sedato, Ecclesia per totam Iudaeam, Galilaeam, et Samariam libera pace fruitur.	XXII. De exordio insecutionum pauli. quos ueritatis praeconii causa sustinuit. XXIII. De magnitudine odii quod aduersus paulum iudaei exercebant paulo remissius cum ceteris apostolis actitante.	
XXI. Petrus in Lydda (quae nunc Diospolis uocatur) paralyticum erigit Aeneam: et in Ioppe Tabitham a morte suscitat.	XXIIII. De aenean et thabita. quos elemosine causa apostolus et uisitauit et suscitauit.	XVII. Ubi petrus paralyticum uerbo sanauit et tabitham in ioppe suscitat.

Notae ad codd. Bamb. etc. XVIIII. **emere se**: merore *Bamb.* predampn. *Bamb.*
XX. **angelica reuelatione ut †baptizandi formam simul et uiuendi†** *locus corruptus forsan ita corrigendus*: *cod. Metensis legit* angelica semel reuelatione ut baptizandi forma uiuendi *haud dubie ex glossa marginali perperam intellecta*; *cod. Bamb. habet* angelica reuelatione ut baptizandi formam uiuendi.
XXI. iuditio *Bamb.* seuire *Bamb.* ananie *Bamb.* paulo *Met.*
XXII. insequu. *Bamb.* *Pro* **quos** *lege* quas; *forsan ex graeco* διωγμῶν οὓς *irrepsit.* preconii *Bamb.*
XXIII. **quod**: quem *Met.* iudei *Bamb.* actitantes *Met.*
XXIV. enean *Bamb.* aelimosinae *Met.*

A	BFΘKRSU*c*; *codd. Uat.* 4221, *S. Pauli, S. Petri, Orat. apud Thomasium; cod. Corb.* 2 *apud Sabatier.*	CT
XXVIII. De cornelio centurione qui habitabat caesaream qui admonitus ab angelo accersiuit ad se petrum ut eum doceret et ubi dum orat petrus uidit caelum apertum et uas quoddam descendens ad terram in quo erant quadrupedia et uolatilia.	XXVIII. De cornelio.	XXI. De cornelio et angelo (*om.* lo*) sibi loquente et de petro et uisione eius in uase et reptilibus et cornelii conuersatione et de satisfactione petri aput apostolis.
XXVIIII. Ubi cornelius occurrens petro procedens adorauit eum et eleuauit eum petrus de terra interrogauit eum ob quam causam miserit ad eum et indicauit cornelius omnia quae ab angelo ei fuerant dicta.	XXVIIII. Ubi cornelius petrum expectat.	
XXX. Ubi petrus aperiens os suum docuit eum omnia de christo iesu et uocatione gentium.	XXX. Cornelius uisum petro narrat.	
XXXI. Ubi audierunt apostoli quod et gentes receperunt uerbum dei et petrus exposuit illis uisionem quod uiderat de linteo.	XXXI. Ubi iudaei dicunt petro quare introisti ad uiros praeputium habentes.	XXII. Paulus et barnabas per totum annum antiocie docent ubi primum discipuli cognominati sunt christiani.
XXXII. Ubi uenerunt prophetae ab hierosolymis anthiociam et surrexit unus ex eis nomine agabus et significabat per spiritum famem magnam futuram et herodes rex occidit iacobum fratrem iohannis et petrum posuit in carcerem.	XXXII. Propheta agabus famem adnuntians.	XXIII. Agabus sub claudio famem facturam significat et per paulum et barnaban fratres iherosolimis dona transmittit sanctis.

Notae ad codd. BFΘK *etc.* XXVIII. *Capp. hoc et sequens in unum coniungit Uat.* 4221. cornil. S *et infra.*
XXVIIII. **expectat** U *c et* spectat K *Thom. Sab.*: sperat BFΘS *codd. ap. Thom.* **petrum expectat**: ad petr. mittit R.
XXX. + ubi *ad init.* BRS. uisum petrum narrat *Sab.*, > petro uisum narrat *c*, uiso petro narrat *Uat.* 4221, uisum quod uidit petro narrat R.
XXXI. iudei R *c.* introistis *Sab.* preputium BK, prepucium RS *c.* abentes R.
XXXII. + ubi *ad init.* BRS. agadus *Uat.* 4221 ; + per spiritum sanctum R. **adnuntians** FΘ, ann. BK *codd. ap. Thom., Sab.*, adnuncians S, annuncians *c*: adnuntiat U, annuntiat *Orat.* B. 6, annunciat R.

V	*Bamb.* A. I. 7, *Met.* 7.	G
XXII. Cornelius Centurio, monente Angelo, Petrum ad se imbuendum inuitat: cui mox Petrus et ipse uisione caelesti admonitus occurrit.	XXV. De fame apostolica. et reuelatione diuina quod debeant sancti mactare. †uel qualibet† alimonia satiari.	XVIII. De cornelio centurione ad petro et quo linteum de caelo cum animalibus descendit ad petrum.
XXIII. Ueniente Caesaream Petro (petit *cod.*), Cornelius uisionem Angeli replicat: et audito ab eo Dei uerbo, Spiritus Sancti gratia cum suis, et ante perceptionem Baptismi perfunditur.	XXVI. De baptisma cornelii. et non baptizandis his qui nondum fuerint ordine diuine ueritatis instructi.	
XXIV. Petrus, disceptantibus contra se Iudaeis, cur Gentibus praedicauerit; ut haec Diuinitus fuerint procurata demonstrat.	XXVII. De gentibus quemadmodum exordium credendi in christo sumpsissent ad inuidiam a semetipso apostolus depellendam insinuat iudaeis.	XVIIII. Discipuli in antiochia cognominati christiani.
XXV. Foenicem usque et Cyprum et Antiochiam uerbum Euangelii disseminatur: et in Antiochia docentibus Barnaba et Paulo, primum discipuli Christiani uocantur.	XXVIII. De exhortatione discipulorum christi. ut ab apostolis commoniti. salutis uerbum gentibus loquerentur.	
XXVI. Agabo famem prophetante, Barnabas et Saulus de Antiochia Iudaeam cum eleemosynis mittuntur.	XXVIIII. De collatione fratrum quae in hierusalem sanctis est destinata. et iacobi interfectio ab herode. et liberatione petri per angelum.	XX. Agabus ubi famem sub claudio caesare futuram significat.

Notae ad codd. Bamb. etc. XXV. **mactare. †uel qualibet†** *ita legendum credimus* : mactare. qua uel *Bamb.*; mactariq ∴ † *Met.*; *cf. ad Act.* x. 13 *seq.*
XXVI. *om. cap. Met.*
XXVII. (XXVI *in cod. Met.*) semet (*sine* ipso) *Met.* iudeis *Bamb.* > iudaeis insinuat *Met.*
XXVIII (XXVII *Met.*). exort. *Met.* communiti *Bamb.* gentilibus *Met.*
XXVIIII (XXVIII *Met.*). que *Bamb.* iherus. *Bamb.* distinata *Met.* **interfectio** *codd.* : *lege* interfectione. *om.* **et liberatione . . . angelum** *Met.*

A	BFΘKRSU*c*; *codd. Uat.* 4221, *S. Pauli*, *S. Petri*, *Orat. apud Thomasium*; *cod. Corb.* 2 *apud Sabatier.*	CT
35. istae omnia. [35] ostendi uobis *sic diuisum* BKR*VW *c.* **omnia** + haec G^{c}. hostendi CR. > omnibus uobis demonstraui *m* (*bis*) *et πασι υπεδειξα υμειν* D*. **quoniam** *pr.*: quia *e gig.* > laborantes sic O. oprtet M*, hoportet C. **suscipere** (*ἀντιλαμβάνεσθαι*): sustinere *gig.*, adsumere *e*, auxiliari *m* (*bis*), iuuare *Aug.* (vi. 485). infirmis *m* (*bis*). *uoluit* > inf. susc. *Bentl.** *cum gr.* A, *sed postea correxit.* **ac** (hac CR, et *gig.*) **meminisse** = *μνημονεύειν τε*: et memores esse *m* (*bis*); meminisse quoque *e*; memores etiam (*om.* esse) *Aug.* **uerbi** = *τὸν λόγον* LP *al.*, *τοῦ λόγου* 38. 40. 57. 69 *etc.*: uerborum *e gig. m* (*bis*) *Aug. Bentl. cum gr. plur.* **domini** + nostri *m* (*semel*). ihesu C, hiesu *e.* **quoniam** *sec.*: quia *gig. m* (*bis*) *Aug.* beacius W; beatus DS* *gig.*, *et μακαριοσ* D*; beatum *e Bentl.*, *μακάριον gr. plur. om.* **est** W. > dare magis IM *Priscillianus* (*ed. Schepps p.* 49) *cum gr. min. pauc. et syr. pesh.*

36. **cum** (quum Θ) **haec** (hec SW; > hec cum *gig. p*) **dixisset** (dixerit D): haec dicens *e. om.* **suis** *gig. cum gr.* D*. om^{n}ibus O. *om.* **illis** W *et gr.* C* 36. **orauit** *arcte in ras. scr.* W; orabit T, horauit C. > orauit cum omn. illis *vg. contra graecum.*

37. **fletus** (*κλαυθμός*): luctus *e. om.* **factus** A. > et fletus mag. omn. factus est *gig.* procumbente W, procumbent eos I; recumbentes D, incumbentes *e gig.*, procidentes *Bentl.*; *gr.* *ἐπιπεσόντες.* **super** (cuper I*) = *ἐπί*: supra S^{2}U *dem.* hoscul. C, uscul. Θ*; consolabantur *gig. om.* **super . . . dolentes** (*u.* 38) S* (+S^{2}).

38. maximae CI. propter uerbum *gig.* quo *Bentl.* **dixerat**: + eis G^{c}, + illis R. **quoniam**: quia *gig.* hamplius C; *om.* I. **non**: + *ras.* 2 *litt.* S. > faciem eius amplius non MO *dem.*, > non amplius fac. eius *e*; *gr.* *οὐκέτι μέλλουσιν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν.* **essent** (aessent R) **uisuri** (uiss. D): uidebunt *e.* > amplius non uidebitis faciem meam *gig.* **et deducebant** (deducetbant D*, -cebantur W; ducebant T): deducebant autem *e cum gr.* *προέπεμπον δέ.* **eum** + usque SU. nauim M^{c}.

XXI. 1. quum Θ *semper.* **cum autem** *in ras.* R. *inc.* cum autem ab illis discessissemus enauigantes protinus uenimus *etc. gig., cf. syr. pesh.*; D^{gr} *και επιβαντεσ ανηχθημεν αποσπασθεντων δε ημων απ αυτων ευθυδρ. ηκομεν κ.τ.λ.* essaet R. abstracte G*. ab ipsis *e.* **uenimus** + in *e.* **cho** AG^{c}I *p** (*uel* chos), echo O, choo D, coho Θ, chio CT, co *e Hieron. nom. hebr.* (iii. 100) *Bentl.*, coo G* *Cassiod.* (*P. L.* LXX. *p.* 1399), *et* Κῶ ℵABCDE *etc.*: choum BFKMRSUVW *cor. uat. mg. c gig. p*^{3}, coum *vg. cor. uat.**, *et* Κῶν HLP *etc.* **et sequenti**: seq. autem *e cum gr.* diae B*C; *sequitur ras.* 6 *litt.* U. **rhodum** FGΘI*MO(-dun^{c})S *vg. gig. p Hieron.*

recto cursu uenimus cho
et sequenti die rhodum
et inde patara
2 et cum inuenissemus nauem
transfretantem phoenicen
ascendentes nauigauimus
3 cum paruissemus autem
cypro
et relinquentes eam
ad sinistram nauigauimus
in syriam et uenimus tyrum
ibi enim nauis erat expositura onus
4 inuentis autem discipulis
mansimus ibi diebus septem
qui paulo dicebant per spiritum
ne ascenderet hierosolymam
5 et explicitis diebus profecti ibamus
deducentibus nos omnibus
cum uxoribus et filiis
usque foras ciuitatem
et positis genibus in litore
orauimus

(iii. 103), hrodum U: rodum ABCDI^{c}KRTVW *cor. uat. c e.* **inde** + in *e.* **patara** (Πάταρα) *cum* AI^{c}M* (*Bentl.*) *e Hieron.* (iii. 103), pathara I* (*ut udtur*): pataram BDFGΘKM^{c}RSTUV *vg. cor. uat. c gig. p*, patram O, phatharam W, phatarum C; + deinde myra Θ *Par. lat.* 11505* *cor. uat.** (‘*grecus*’), + deinde myram *gig. Par. lat.* 7, + et inde mirram *Par. lat.* 202, *cum gr.* και μυρα D *sah.*; *correct. bibl. ap. Wetst.* ‘*quod quidam addunt* et deinde myram *graeci et antiqui non habent.*’

2. **cum inuenissemus**: inuenientes *e.* nauim M^{c}. **transfretantem** (-tes *p**) *sine addit.* ACD ΘMOT *c gig. p*: + in BFGIKRSUVW *vg. Tisch. dem. e* (transfraetaret *sine* quae). **phoenicen** (Φοινίκην) *cum* D *vg.* (-cē 𝔓) *et ita uoluit Bentl., cf.* xi. 19, xv. 3, *item* phoenicem BΘ^{c}I^{c}KV *Tisch.*, phenicen *gig.*, phenicē S^{c} *c*, phenicem FΘ*I*MO W *e*^{2}, poenicem *e**, penicē S*: foenicen AG*, -chen C, -cem G^{c}, fenicem TU, fenicē *p*, feniceñ R. asenden||tes T; + nauem G^{c}; *hic incipit rursum d*; *def.* D^{gr} xxi. 2–10. nauigabimus T.

3. **cum paruissemus** (-issimus S, -isemus O) **autem** ACFGΘIMOST, *et* cum apparuissemus autem (*om.* autem D; > autem appar. *c*) BDKR VW *vg. c dem. e p*^{2} = *ut uidetur* ἀναφανέντες δέ AB^{3}CEHLP *etc.*; cum peruenissemus autem U *p** *syr. harcl. sah.*: uidentes autem *d*, ἀναφάναντες δέ ℵB* *min.* (*def.* D^{gr}), *cf.* cum apparuisset autem cyprus *gig. et* quum autem coepisset nobis apparere cyprus *Erasm.*; *bene conicit Erasm. interpretem uertisse* cum aperuissemus autem cyprum (*et sic ed. Iunta* 1534), *cf. Uerg. Aen.* iii. 275 ‘*et formidatus nautis* aperitur *Apollo*,’ *sed sine auctoritate codicum non credimus in textum recipiendam hanc coniecturam.* **cypro** (cipro T *p**, cybro D) *et gr.* 34 τη κυπρω: cyprum BFKS^{1}UV *d e et gr. plur.* τὴν Κύπρον; cyprus *gig., uide supra. om.* **et** *pr.* RTU^{c}W *vg. c dem. gig. et gr.* A 26. 31 k$^{ser.}$ ad sinixtram CT; in sinistram *e*; a sinistro *d gig.* nauigabimus T; nauigabamus CDG*Θ *p Bentl. et gr.* ἐπλέομεν (επλευσαμεν E^{2}); collauimus *d*; + autem D. *om.* **in** O. siriam TUW *c p.* **et** *sec. om. d.* **uenimus** = κατήλθομεν ℵABE *min.*, inuenimus *gig.*: deposti sumus *e et* κατήχθημεν CHLP *etc.*; enauigauimus *d*; *deinde* + in *d e.* tirum T, thirum W *p*; tyro *d.* **nauis erat expositura** *codd. plur.* = τὸ πλοῖον ἦν ἀποφορτιζόμενον ℵABCE *min.*: > nauis expositura erat IM (exposita*)O* *vg. dem. p*; habebat nauis exponere *gig.*; > erat enim nauis expos. *d fere cum gr.* HLP *al. pler.* ἦν τὸ πλ. ἀποφορτ. honus CDIRT; pondos *e** (**onus** *e*^{2}).

4. **inuentis** (*ras. inter* n *et* u B) **autem** = ἀνευρόντες δέ ℵABC*E *etc.*: et inuentis *d gig. et* καὶ ἀνευρ. C^{3}HLP *al. plur.* **mansimus** *partim in ras.* RU. **ibi** = αὐτοῦ *plur.*: apud eos *d e et* αὐτοῖς AEL *min.* dies *d gig.* **septem**: ·uii· DOW. **qui** (οἵτινες): hique *gig.*; quidam autem R *d.* **ne ascenderet** (-rent W) = μὴ ἀναβαίνειν EHLP *etc.*: non ingredi *d et* μὴ ἐπιβαίνειν ℵABC *min.*; *deinde* + in DK* (*ut udtur*). **hierosolymam** BFGΘKV, -imam I^{1}MU *gig.*, hierusolimam DR, iherosolimam T *p*^{2}, ierosolimam W *c*, ierosolymam *vg.*: hierosolyma A *d e*, hierusolima S, iherosolyma C *p** (-ima); hierusolymis O; hierusalem I*; *graeci* Ἱεροσόλυμα ℵABCE *etc.*, Ἱερουσαλήμ HLP *al. plur.*

5. **et explicitis diebus** *cum* ACG*T *Bentl., cf. u.* 7; *insolens enim uerbum* ἐξαρτίσαι *insolita locutione expressit Hieronymus*: et (*om.* DMR *gig.*) expletis diebus BDFG^{c}ΘIKMORSUVW *vg. Tisch. c dem. gig. p*; cum autem factum explere nos dies *e et gr.* ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι (*uel* ἐξαρτ. ἡμᾶς) τὰς ἡμέρας; sequenti autem die *d* (*def.* D^{gr}); *deinde* + septem SU *contra gr.* **profecti** (-pecti F*): exeuntes *d*; *om.* O *cum gr.* A 105. **ibamus** *partim in ras.* U; ambulauimus uiam nostram *d.* **nos**: nobis S. omnes I; omnium *e.* nos omn *in ras.* U. > omnibus nos *d.* huxoribus C. **et fil.**: filiisque *p.* **usque** (husque C; + ad D*T) **foras** (foris D^{mg} *e*) = ἕως ἔξω: foras extra *gig.*; foras *p**, extra *d*, *et* ἔξω ℵ 68. ciuitatis D*. poscitis T*. **in litore** (littore RW𝔖𝔔, litorae C, liture D): ad litus *gig.* **orauimus** (orab. IT, horau. C) *uide infra u.* 6.

6 et cum uale fecissemus
inuicem ascendimus
in nauem
illi autem redierunt in sua
7 nos uero nauigatione
explicita a tyro
descendimus ptolomaida
et salutatis fratribus
mansimus die una apud illos
8 alia autem die profecti
uenimus caesaream
et intrantes in domum
philippi euangelistae
qui erat de septem
mansimus apud eum
9 huic autem erant filiae
quattuor uirgines
prophetantes.
10 Et cum moraremur
per dies aliquot
superuenit quidam a iudaea
propheta nomine agabus
11 is cum uenisset ad nos
tulit zonam pauli

6. **orauimus**: 6 **et cum uale fecissemus** (fecissimus S, ficissimus O; fecimus W) **inuicem** *codd. et vg.* = *προσηυξάμεθα. καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους* HLP *etc., cf.* orau. et uale facientes alterutrum *gig.*, orau. et cum salutassemus inuicem *d*: orauimus uale facientes inuicem et *e, cf. προσευξάμενοι ἀπησπασάμεθα ἀλλήλους καί* ℵABCE. ascendemus S. *om.* **in** *pr.* G^{c} *vg. c dem.* nauim M. *om.* **asc. in nau.** *d.* illi autem reuersi sunt D *gig.*; reuersi uero quisque *d.* **in** (ad *d*) **sua** (cua I*): *om.* T. **illi autem . . . descendimus** (*u.* 7) *bis scr. p**.

7. **uero**: autem W *d e*; ergo *cor. uat.* **nauigatione** (-cione R) **explicita** (i *pr. in ras.* B) *cum* ABCDG*ΘI*KMRTV𐤗𐤉 *cor. uat. c p Bentl., cf. u.* 5, *item* > explicito nauigio *gig.*, explecita nauigatione O* (*ut udtur*), nauigatione explicata FW *dem., gr. τὸν πλοῦν διανύσαντες*: nauigatione (-cione S) expleta G^{c}I^{c}SU𐤔𐤒 *cod. caraf.*, > expleta nauigatione O^{c}; nauigatione expedita *d*; nauigatione praetendentes *e. om.* **a** *gig.* **tiro** W, thiro DT. **descendimus** (disc. DSU*) = *κατέβημεν* ℵ^{c} AE 24. 38: asendimus T; deuenimus *gig.*, uenimus *d, et κατηντήσαμεν* ℵ*BCHLP *etc.*; *deinde* + et Θ; + in *e*; + in nauem *p*. **ptolomaida** BFKV *cor. uat.**, ptolem. *Bentl. Tisch. e*^{2}, pholom. W, tholom. S, ptolemaide *e**: ptolomaidam AU (pt *in ras.*) *cor. uat. mg.*, ptolemaidam *vg.*, ptholomaidam M*, tholomaidam *p*^{2}, tolom. *Cassiod.* (*P. L.* LXX. *p.* 1399); ptolomaidem GΘIOT *c*, ptolemaidem *d*, ptholemaidem *gig.*, ptholomaidem M^{1}R, ptholomaydem C, tholomaidem D; tholomaid *p**; *gr.* Πτολεμαΐδα, *et* ptolemais *Hieron. nom. hebr.* (iii. 103). **salutatis** (salutis S*) **fratribus** (-tri||bus M): salutantes fratres *e*; salutauimus fratres *d* (+ et *ut udtur*). diae C; diem (*d*) *e*. uno K *gig.*; unam *e*, unum *d*. aput GIORST(a *sup. lin.*)W. **illos**: eos IM *d e gig.* > aput eos die uno *gig.*

8. *De codice d in hoc uersu uide Scrivener p.* 446. + et *ad init.* D. alio G* (*ut udtur*); altera *gig.*; sequenti *d e sang.* 133 (*uide ad* **xi.** 27); *gr. τῇ δὲ ἐπαύριον. om.* **autem** *d.* diae CI; *om. d.* **profecti** (cum exissemus *d*) *sine addit. omnes cum gr.* ℵABCE *etc.*: + *οἱ περὶ τὸν Παῦλον* HLP *al. plur.* **uenimus** + in *e.* cesaream RSW, cessariam D; caesareae O. *om.* **uen. caes. et** *sang.* 133. cum introissemus *d*; intrauimus *gig.*; ingressi sumus *sang.* 133. **in** (*εἰς*) *cum* ACDGΘIMOT *d dem. e gig. p*: *om.* BFKRSUVW *vg. c sang.* 133. filippi GST, phylippi B, philyppi C. euangeliste W, aeuuangeliste R, aeuanguelistae D; adnunciatoris *sang.* 133, *cf. ad* xvii. 18 *ubi* adnunt. = *καταγγελεύς.* **erat** *sine add.* ACG*ΘIMOT *e gig. p* (*def. d*) *Bentl.* = *gr. ὄντος ἐκ τῶν ἑπτά*: + unus BDFG^{c}K RSUVW *vg. c dem. sang.* 133. **de**: ex *sang.* 133. **septem**: ·UII· W; + leuitis *sang.* 133. masimus K. aput GORST; ad *d. om.* **mans. ap. eum** *sang.* 133 *gig.* (*sed uide u.* 9).

9. **huic autem**: cui *sang.* 133. **erant** + etiam *sang.* 133. **filiae** (-ie RW) **quattuor** (quatuor IOU; ·IIII· DW; tres *c*) **uirgines** *codd. et uett. plur. Bentl. cum gr.* ℵAB *min.*: > quattuor (quatuor 𐤗𐤉; quinque *sang.*) fil. uirg. *vg. sang.* 133 *contra gr.*; > fil. uirg. quattuor *e cum gr.* EH LP *al. pler.* profetantes DT, propphet. S^{2} (qua. uir. pro. *arctius in ras.*); + et mansimus aput eum *gig. Deficit d uersS.* 9, 10.

10. **et** (*om.* I) **cum moraremur** (*ἐπιμενόντων δέ* ABCH *min.*; + *ἡμῶν* ℵ^{c}ELP *etc.*, + *αυτων* ℵ*): et commoraremur G (-mus*); et commorantibus nobis *gig.*; spectantibus (-tius*) autem nobis *e*; *deinde* + ibi DR *p*^{2}, + in cesarea *gig.*; *libere* cum autem plurimis diebus demoraremur caesarea *sang.* 133. *om.* **per** *e.* aliquo^{t} S, aliquod CF*IORT; plurimos *e*; *gr. πλείους*; *deinde* + a O. **superuenit**: descendit *e sang.* 133 *et gr. κατῆλθεν.* **quidam** (-aem I*): + uir SU*𐤗𐤔. **a** (*ἀπό*): de SU; ex Θ; *om.* I*. iudea DI^{1}ORW. > a iud. quidam *gig.* profeta DMS; *incipit rursum d.*

11. **is** (his CF*GRS*; *om. d*) **cum uenisset** (ueniisset D): et cum uenisset *e et gr. καὶ ἐλθών* (*ανελθων δε* D^{gr}); et uenit *gig.*; qui ueniens *sang.* 133. **tulit**: et tulisset *d e*; et tollens *gig.*; sublata *sang.* 133; *gr. καὶ ἄρας* (*om. καί* e^{scr} *arm.*). zona

et alligans sibi pedes et
manus dixit
haec dicit spiritus sanctus
uirum cuius est zona haec
sic alligabunt in hierusalem
iudaei et tradent in manus gentium
12 quod cum audissemus
rogabamus nos et qui loci
illius erant ne ascenderet hierosolymam
13 tunc respondit paulus
et dixit
quid facitis flentes
et affligentes cor meum?
ego enim non solum alligari
sed et mori in hierusalem
paratus sum propter
nomen domini iesu
14 et cum ei suadere non possemus quieuimus
dicentes domini uoluntas fiat.
15 Post dies autem istos
praeparati ascendebamus hierusalem
16 uenerunt autem et ex discipulis a
caesarea nobiscum
adducentes apud quem

---

p sang.* 133. **et alligans** (*καὶ δήσας Bas. eth.* 251, *δήσας τε* HLP *al. plur.*): alligans *e p et δήσας* ℵA BCDE *etc.*; alligauit *gig. sang.* 133, ligauit *d.* **sibi**: suos *d.* **et** *sec. om. dem.* **manus** + et O *d gig. sang.* 133. **dixit**: ait *sang.* 133. hec *pr.* MS, *sec.* W. **dicit**: dixit *p.* **uirum** (*τὸν ἄνδρα*): + hunc CT *Ambr.* (*ps.* 36) *Uigil.* (*trin.* 12 = *Ath. lat.* i. 777), *et* > eum uirum *d.* **est zona** (zonam F*) **haec** (hec W) = *ἐστὶν ἡ ζώνη αὕτη*: > haec zona est *gig.*, > zo. est haec *m*, > est iste cingulus *Uigil.* alligabant U; ligabunt *d Uigil.*; + eum D *Ambr.* (*spir.* 2 *c.* 13). *om.* **in** *pr. d*; D^{gr} *min.* *εἰς Ἱερουσ. pro ἐν Ἱερουσ.* iherus. C, ierus. *vg.* iudei DORW; *om.* S* (+ S^{1}). > iud. in hier. Θ *dem. gig. Ambr.* (*ps.* 36). tradunt M*; + eum DR. gencium RS.

12. **quod** (qui S*, quid S^{2}; quae *uoluit Bentl.*) **cum audissemus** (audess. D; uidissemus *p*; + eum D): his auditis *gig.*, cum autem audissemus (audissi *tantum e**) haec *e*, et uero audiuimus haec *d*; *gr. ὡς δὲ ἠκούσαμεν ταῦτα.* rogabimus T; depraecabamur *d*; *om.* G^{o}. **nos** + quoque *e cum gr. omn. exc.* D. **qui loci** (loq||| D) **illius erant** (*οἱ ἐντόπιοι*): incolae loci illius *d gig.*; *deinde* + paulum *d gig. cum* D^{gr}. > nos et q. l. ill. er. rogabamus ΘIMR. **ne**: ut non *d.* **ascend.** + ipse Θ; + in D *e p.* **hierosolymam** (*cf. u.* 4) BFGΘKU^{o}, -usolymam MV$_{r}$ -osolimam IRU*, -usolimam S, iherosolymam C, iherosolimam *p*^{2}, ierosolymam *vg.*, ierosolimam TW *o*: hierosolyma A *e*, -usolima O, iherosolima *p**; hierosolimis *gig.*; hierusalem D *d et gr. omn.* *Ἱερουσαλήμ.*

13. **tunc resp. paulus** *codd. et vg. cum gr.* ℵA BC*E *min.*: resp. autem ad nos paulus *d et* *εἶπεν δὲ πρὸς ἡμᾶς ὁ π.* D; qui respondit *gig.*; *ἀπεκρίθη τε ὁ Π.* HLP *al. om.* **et** *pr.* IS* *d.* **dixit**: *om. d*; + nobis *gig.* facetis S. flaentes O; plorantes *d Hieron.* (i. 30); lacrimantes *Tert.* (*fug.* 6). **affligentes** (adfl. DGIS, adfligaentes O, afligentes R; *arctius in ras. scr.* U) = *συνθρύπτοντες plur.*: conturbantes *d gig. p Tert.* (*fug.*), *Hieron.* (i. 30. 204) *et θορυβουντες* D*; *liberius* quid fletis et contristatis *Tert.* (*scorp.* 15). **meum** *in ras.* T. > meum cor *d e.* ego autem ϛ, at ego *Tert.* (*scorp.*) = *εγω δε* E^{gr}. **solum**: modo *Tert.* (*bis*). ligari *d Hieron.* (*bis*) *Ambrst.* (164); uincula pati *Tert.* (*bis*); + uolo *d et* D^{gr}; + optauerim *Tert. bis* (> uinc. hierosolymis pati optau. uerum etiam mori *scorp.*). set R. **et** *tert.*: etiam ΘS*U *gig. Tert.* (*bis*) *Aug.* (iv. 268); *om.* D. **in** *om.* O* *p Tert.* (*bis*). iherus. C, ierus. *vg.*; hierosolima *gig.*; -ymis *Tert.* (*bis*). **in hierus.** *om.* I* *Aug. et gr. min.* 27. 29 *etc.* **paratus** (p *in ras.* A) **sum**: parate habeo *e et gr.* *ἑτοίμως ἔχω*; propositum habeo *d*; *om. Tert.* (*bis*). > par. sum sed et mori in (*sup. lin.*) hier. O. pro nomine *e gig. Tert.* (*bis*) *Hieron.* (*bis*) *Aug. Ambrst.* **domini** + mei *Tert.* (*bis*). ihesu C, hiesu *e*; + christi Θ *gig. Tert.* (*bis*) *Hieron.* (i. 30) *Aug. Ambrst., cum gr.* CD *min., et* > christi iesu *d.*

14. **et cum ei** (*in ras. longa scr.* B; *om.* I *gig.*) **suadere** (euadere I) **non possemus** (possimus Θ M* *p**, possumus F*IOS, potuissemus D): non placante autem eo *e*, cum non suaderetur ei *d, et gr.* *μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ.* quiebimus T; quaessiuimus D; tacuimus *gig.* **dicentes** + ad inuicem *d cum* D^{gr}. **domini uoluntas** (-mtas CT, -mptas R) **fiat** (fiad T) *cum gr.* ℵABCE *min.*: > uol. dom. fiat *d gig. cum gr.* DHLP *al. plur.*; > fiat dom. uol. D; > fiat uol. dom. *Tert.* (*bis*).

15. **post dies autem istos** (illos R) = *μετὰ δὲ τὰς ἡμ. ταύτας*: > post autem d. istos *e*, > post hos autem dies *d gig.*, *sed μετα δε τινας ημ.* D^{gr}. preparati BDKORSW; praeparantes I *e*; refecimus nos et *d*; *gr. plur. ἐπισκευασάμενοι, sed αποταξαμενοι* D. hascendebamus C, ascendamus F* (+ be *sup. lin. cor.*); ascendimus *d gig. et ἀναβαίνομεν* CDL* *etc.*, (*ἀνεβαίνομεν plur.*); *deinde* + in DΘT *vg.* (*non cod. caraf.*) *dem. e.* **hierusalem** (iherus. C, ierus. *vg.*) *cum gr.* HLP *al. pler.*: hierosolyma *d e* (*Bentl.*), -imam *gig. cum gr.* ℵABC(D)E *min.*

16. **uenerunt** (uenierunt D, conuenerunt *e*) **autem** = *συνῆλθον δέ*: et uenerunt *gig.* **et**: *om.*

hospitaremur
mnasonem quendam cyprium
antiquum discipulum
17 et cum uenissemus
hierosolymam
libenter exceperunt
nos fratres
18 sequenti autem die introibat paulus
nobiscum
ad iacobum
omnesque collecti sunt
seniores
19 quos cum salutasset
narrabat per singula quae
fecisset deus in gentibus
per ministerium ipsius
20 at illi cum audissent
magnificabant deum
dixeruntque ei
uides frater quot milia sunt
in iudaeis qui crediderunt
et omnes aemulatores

ΘT *p*; quidam D𐤔𐤎 *gig.* **ex** (de *gig.*) **discipulis** (-olis S*): discipuli C. ha C. cesarea CORSU, cesaria W, cess. D. una nobiscum *e.* **adducentes**: + secum CMR²T *vg.* (*non cod. caraf.*) *c*; + nos *e cum gr.* E *sah. arm.* **apud** (aput GIORSTU*W) **quem** (quaem O) = παρ' ᾧ; *sensus est* '*adducentes nos ad domum ubi hospitaremur, sc. Mnasonis*,' *cf. e.* ospitaremur RT; hospitaremus W. **mnasonem** A¹F^cG*𐤂 *cod. caraf.*, mnasoni *e*, *gr. plur. enim* Μνάσωνι, *cf.* nasonem A*BCF*ΘKMS*T *c*, nassonem V: iasonem G^cIORS^cW𐤔𐤉𐤎 *dem. gig. p*, iassonem D(hunc iass.)U, *et* ιασονι ℵ. > hunc iass. apud quem hosp. D. quaendam O; cuidam *e.* ciprium *c p*², ciprum W *p**; cyprio *e.* anticum GW, hanticum C; antiqui *e.* discipulo *e. Uersum sic habet d* de caesarea nobis cum simul quae adduxerunt nos apud quem ospitaremur et cum uenerunt in quendam ciuitatem fuimus ad nasonem quendam cyprium discipulum antiquum; *et ita* D^gr *ex lectt. Wetst. etc.* (*uide Scrivener p.* 446) απο κεσαραιασ ουτοι δε ηγαγον ημασ προσ ουσ ξενισθωμεν και παραγενομενοι εισ τινα κωμην εγενομεθα παρα νασωνι κυπριω μαθητη αρχαιω *fere cum syr. harcl. mg.*; *uide Blass ad loc.*

17. **et** (qui CT) **cum** (quum CΘ) **uenissemus** (-isemus O; + in *e*): cum uen. autem *e et* γενομένων δὲ ἡμῶν *gr. plur.*; et inde exeuntes uenimus *d cum* D^gr (*Wetst.*) *et syr. harcl. mg.*; + in *e.* **hierosolymam** *cum* BFΘIKV, ihero. C, iero. *vg.*, hierosolimam RU, hierusolimam DMS, iherosolimam T *p*, ierosolimam W *c*: hierosolyma AG *d e*, hierusolima O; hierosolimis *gig.*; *gr.* Ἱεροσόλυμα. **libenter** (ἀσμένως): benigne C (-nae) T; *om. d gig.* (*uide infra*). **exceperunt** (excip. DGS¹): susceperunt T *d e Hieron.* (i. 738); acceperunt W; exhibuerunt S* (*ut udtur*); + autem *d.* **nos** + cum laetitia *d et* D^gr (*Wetst.*). **fratres** + cum gaudio Θ *gig.*

18. **autem** *cum gr.* BCHLP *etc.*: quoque *gig. cum gr.* ℵAE^gr *min.*, *et* > et sequenti *Hieron.* (i. 738); *om. p.* diae CI. **introibat** (-bit G* *d*; -uit *Bed. expos. in textu*) **paulus** (-lum DI) **nobiscum**: introiuimus (-bimus T; intrauimus *gig.*) cum paulo CT *gig. contra graecum.* **omnesque** (et omnes T) **collecti** (*ita* G^c; G* *non liquet*) **sunt** (coll. sunt *bis scr.* K) **seniores** (saen. C) = πάντες τε παρεγένοντο οἱ πρ., *cf.* et conuenerunt omnes presbyteri *gig.*: erant autem cum eo praesbyteri conuenti *d cum* D^gr.

19. **quos cum salutasset** = ουσ ασπα[σα]μενοσ D^gr: q. c. salutassemus *gig.*; et (*om. d*) c. salutasset eos *d e et gr. rell.* narrauit IT (-bit); exponebat *e*; + paulus *gig.* per singulos *e et* καθ' ἕνα ἕκαστον H* 36. 37. 100; *om. p.* que I. fecit *d e gig.* **deus** *arctius in ras.* U; dominus G^c. > deus fecisset *vg. contra gr.* **in** (*in ras.* U) **gentibus** (gaent. O): inter gentes *gig.* illius D; eius *d gig.*

20. **at** (ad CI; et *p*) **illi** (illic D): qui *gig.* **cum** (*om.* D) **audissent** (audiiss. D): audientes *e.* **magnificabant** *codd. et vg.* = ἐδόξαζον *plur.*, *cf.* gloriabant *e**, -ficabant *e*²: magnificauerunt *gig.*, clarificauerunt *d*, *et* ἐδόξασαν ℵD. **deum** (θεόν ℵABCEL *etc.*): dominum DΘ *d gig. et* κύριον DH P *al. plur.* dixeruntquae O; et dix. *gig.*; dixerunt *tantum* I; dicentes *d cum gr.* CD *al.* 35. *om.* **ei** *d cum* D^gr. frate||r Θ. **quot** (quod BCF*GIOR STV) **milia** (millia *vg.*) = πόσαι μυριάδες: quae mil. *p** (*ut udtur*), quanta mil. *d Hieron.* (iv. 162), tanta mil. *Hieron.* (v. 111). **sunt** *cum* ACDGΘ OUVW *vg. cor. uat. mg. c e gig. p*: sint BFIKM RST *cor. uat.** *d dem. Hieron.* (iv. 162); *om. Hieron.* (v. 111); + hominum D *gig.* **in** (a D; *om.* G^cIO) **iudaeis** (-deis CDRW, hiudaeis *e*) **qui** (+ non O) **crediderunt** = ἐν τοῖς Ἰουδαίοις τῶν πεπιστευκότων ABCE *al.* (*om.* ἐν τοῖς Ἰουδ. ℵ *min.*), *cf.* in iudaeis credentium *Ambrst.* 238: iudaeorum credentium *Hieron.* (iv. 162) *cum gr.* HLP *al. plur.*, > credentium iudaeorum *Hieron.* (v. 111) *et gr.* 68 *arm.*; in iudaea qui crediderunt *d gig. p Hieron.* (i. 738) *Aug.* (ii. 192) *cum gr.* D *syr. pesh.*; *deinde* + dominum D, + deo *cor. uat.**, + in christum *Hieron.* (i. 738) *Aug.* **et** *om. Hieron.* (iv. 162, v. 111). **omnes** + isti CT *c d gig. Ambrst.*, > hi omnes *Hieron.* (*ter*) *Aug.*, + οὗτοι D 38 *syr. pesh.* emulat. D*ORUW, aemolat. S*; selotes

sunt legis
21 audierunt autem de te quia
discessionem doceas a mose
eorum qui per gentes sunt
iudaeorum
dicens non debere eos
circumcidere filios suos
neque secundum consuetudinem ingredi
22 quid ergo est ?
utique oportet conuenire
multitudinem
audient enim te superuenisse
23 hoc ergo fac quod tibi dicimus
sunt nobis uiri quattuor
uotum habentes super se
24 his adsumtis sanctifica
te cum illis
et inpende in illis ut radant capita
et scient omnes quia quae
de te audierunt falsa sunt
sed ambulas et ipse custodiens legem
25 de his autem qui crediderunt ex
gentibus

D^{mg}. **sunt** *sec.*: sint M*. > legis sunt (*cum graeco*) *d Hieron.* (iv. 162, v. 111) *et ita uoluit Bentl.*, > legis existent *e*.

21. **audierunt**: diffamauerunt *d gig.*; *gr.* κατηχήθησαν *plur.*, κατηκησαν D, -χησαν 25. 40. **autem**: enim D. **de**: qe *lapsu* R*. **te** + quod S*. **quia**: quod *Hieron.* (i. 738); quoniam *e*; tamquam *gig.* **discessionem** (desc. I, discesionem O, discissionem *Aug.* ii. 192; *partim in ras. scr.* S) = ἀποστασίαν: dissensionem BRT *c dem. cor. uat.** (discens.); abscensionem *d*; discidium *gig.*; discensiones *p*. doces *e Aug. Bentl.*; docens *d*. ha C; ad *e*; *om.* I. **mose** AFG*, mosen I: moyse *codd. plur. vg. Tisch. e*, moyise O, moise W, moisi D. *om.* **eorum** W *d gig.* in gentibus *d*. **iudaeorum** (iude. DO RW; iudaeos *d gig.*) *codd. et vg. et uett. cum gr.* AD*E 13: + πάντας ante Ἰουδαίους *gr. rell.* dicentes A*I, dicente C; docens D; *om. d cum* D^{gr}. **non debere eos** (*om.* T) **circumcidere** (circunc. ϛ) *codd. plur. et vg., et* > non deb. circumc. eos CGΘMOR *dem. p Aug. Bentl. cum gr.* E μη οφιλειν περιτεμνιν αυτους, ne debere *tantum e*: ne circumcidant *d gig. et gr. plur.* μὴ περιτέμνειν αὐτούς. *om.* **suos** O *d cum graeco.* > suos fil. *e*. **secundum**: *om. d.* consuitudinem D; consuetudines (*Bentl.*); gentes *d et* εθνεσιν D (*pro* ἔθεσιν); + eius *d cum* D^{gr} *syr. harcl. mg.* **ingredi** (περιπατεῖν): ambulare *e*; ambulant *d*, conueniant *gig.*; + debere *cor. uat.** (*non mg.*).

22. hutique hop. C. multitudine R. > mult. **conuenire** *d cum gr.* DHLP *al. pler.* audiant D; audierunt *Hieron.* (i. 738) *Aug.* (ii. 192); cognoscent *e*. *om.* **enim** ϛ *cum gr.* ℵ*C^2. **te superuenisse** (-iisse D): quia uenisti (+ huc *gig.*) *d e gig.*; *gr.* ὅτι ἐλήλυθας.

23. **hoc**: nunc *gig.* *om.* **tibi** BKSVW. nobiscum D *p*; + hic G^cT. quatuor Uϛ; ·IIII· DW. **abentes** R; *ras.* 3 *litt. inter* n *et* t M. **super** (ἐφ' *plur.*, ἀφ' ℵB): inter *p*; in *gig.* **se**: s *in ras.* Θ.

24. **his adsumtis** AF*T, his adsumptis CF^cGΘ IMOR *Tisch.*, his (hiis DW) assumptis (s *pr. in ras.* U) BDKUVW *vg.*, his asumptis S: hos adsume et *d* (*om.* et) *gig.* **sanctifica** (ἁγνίσθητι): purifica *d e gig.* **illis** *pr.*: ipsis *Hieron.* (i. 738) *Aug.* (ii. 192). **inpende** (imp. BKV *vg.*, inpaende O) = δαπάνησον: inpendite U*, inpende te U^c p^2; intende p^*; eroga *d*. **in** (cum c^2) **illis** (eis *gig.*) = ἐπ' αὐτοῖς *plur.*: in eos *d Hieron. Aug., et* εισ αυτουσ D, ἐπ' αὐτούς A *min.*; *uoluit Bentl.* illis *uel* in illos. *om.* **inp. in illis** S. huti C. **capita** *codd. et vg. cum gr. min.* 27. 29. 66**. 69 *al.* 10 *fere syr. pesh. sah.*: caput *d cum gr. rell.*; *deinde* + sua DO *cor. uat.** *dem. gig. p^2, contra graecum.* **scient** (γνώσονται ℵABCDE *al.*): sciant D* (*corr.* D^1)KR *gig.*, cognoscant *d, et* γνῶσι HLP *al. pler.* > omnes sci. D. **quia**: quoniam *Bed.* (*expos., in textu*). **quae** *sup. lin.* O; que IW. *om.* **de** M*. audierint *Bed.* > aud. de te *d e gig. cum graeco.* **falsa sunt** (falsunt T*) *codd. et vg.*: nihil est *d e et gr.* οὐδέν ἐστιν. set R. **ambulas** (στοιχεῖς *plur.*, πορευου D) *cum* AC(hamb.)F^cG^cΘRS*ℌ𝔖𝔗 *cor. uat. mg. c dem. gig. p^c, cf.* sequeris *Aug.* (ii. 192), inmanebis *e*: ambulans *aperto errore* BDF* G*IKMOS²TUVWϛ *cor. uat.** *d p** *Aug.* (*Spec. p.* 199 *Weihrich*). *om.* **et** *tert. d.* custodies F^c.

25. **de** (*om.* S*) **his** (hiis W; illis *d*) **autem** (uero *d*; *om.* W) **qui credid. ex** (*om. d*) **gentibus** *fere* = περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν, *cf.* de gentibus au. q. credid. *Aug.* (ii. 192), nam qui cred. de gentibus *gig.*: de his au. q. cred. homines (hominibus *Bed.*) *e Bed.* (*retr.* '*in graeco*') *et* περι δε των πεπ. ανθρωπων E; *deinde* + nihil habent in te dicere (> quod dicere in te *d*) *d gig. cum* D^{gr} *sah.* **nos** (non Θ): + enim *d gig. cum* D^{gr} *sah.* **scripsimus** (scribs. FG): destinauimus *e*; mandauimus *Aug.* (ii. 192); *gr.* ἐπεστείλαμεν *plur.*, ἀπεστ. BD 40. **ut abstineant** (habs. C) **se** = φυλάσσεσθαι αὐτούς ℵAB 13. 81 *syr. pesh.*: nihil tale (eiusmodi *Aug.*) custodire (obseruare *d*, seruare *Aug.*) eos (illos *Aug.*) nisi ut (*om. d*) obseruent se (> se obs. *Aug.*; custodirent se *d*; deuitent *gig.*) *d e gig. Aug. Bed.* (*retr.* '*in graeco*') = μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς εἰ μὴ φυλ. αὐτούς CDEHLP *al. pler. syr. harcl. arm.* **ab idolis** (hid. R, yd. C, idulis D) **immolato**

nos scripsimus iudicantes
ut abstineant se ab idolis
immolato et sanguine
et suffocato et fornicatione.
[26] Tunc paulus adsumtis uiris
postera die purificatus
cum illis intrauit in templum
adnuntians expletionem
dierum purificationis
donec offerretur pro uno
quoque eorum oblatio.
[27] Dum autem septem dies
consummarentur
hi qui ab asia erant iudaei
cum uidissent eum in templo
concitauerunt omnem
populum
et iniecerunt ei manus
[28] clamantes
uiri israhelitae adiuuate
hic est homo qui aduersus
populum et legem et locum
hunc omnes ubique docens
insuper et gentiles induxit
in templum
et uiolauit sanctum locum istum
[29] uiderant enim trophimum
ephesium in ciuitate
cum ipso
quem aestimauerunt

(himm. R, immolauo D*; m *sec. in ras. longa* B; immolatione *Bed. retr. in textu*) = απο ιδωλοθυτων E, το εδωλοθυτον D, τό τε εἰδωλόθυτον *gr. plur., cf.* immolatum ydolis *gig.*, ab idolothytis *e Bed.* (‘*in graeco*’), a sacrificato *d*: *distinguit* ab idolis, immolato 𝔈 *ut fiant duo mandata, cf. tepl.* ‘vor den apgotten und von den opphern.’ **et sanguine**: et a sang. *Aug.* (ii. 192); et sanguinem *gig.*; in sanguinis *e** *Bed.* **et** (*om.* BFS*U *p ut* xv. 29; + a G^cR) **suffocato** (sufo. O*, subfu. D, suffogato S): *om. d gig. Aug.* (ii. 192) *cum gr.* D. **fornicatione** (*sup. lin.* O; -cione RS): a fornic. *Aug.* (ii. 192); fornicationem *gig.*; *cf.* xv. 20. 29.

26. **adsumtis** *cum* F*T, adsumptis CDGΘIMO *Tisch.*, ass. BF^cKRSUVW *vg.*, assumptus *p**: sumtis A (*sic*); adsumens *e*; adsumpsit *d*. **uiros** *d e*. **postera** (postero *Hieron.* i. 739) **die** (diae CI) = τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ: ueniente die *e et* τῇ ἐρχομένῃ ἡμ. 21. 31. 41; sequenti die *d et* τη επιουση ημ. D. **purificatus** (ἁγνισθείς): + est *p**. ipsis *d*; eis W *e*. > cum ipsis (eis) purif. *d e* (*Bentl.*) *cum ord. graeco*. intrabit T; introibit *d*; *om. dem.* > intrauit cum illis *Hieron.* annuntians BKMUV𝔗𝔔, annunc. RSW𝔖𝔈. **expletionem** (explec. S, expletione I, expletčem *lapsu* W) = τὴν ἐκπλήρωσιν: repletionem *e*, explicationem D* (finem D^mg), expeditionem *d*, consummationem *gig.* **dierum** + implete *gig.* purificacionis RS; + sue R^2. **donec**: quoadusque *gig.* **offerretur** *cum* AC(hoff.)GΘ^cK RTU^1(-ntur U*?)V *vg.*: offeretur BDFΘ*IMOS W; oblata esset (est *d*) *d gig.* hunoquoque C, unoquodque R. *om.* **eorum** *gig.* oblacio RS; + quam precipit moisses D.

27. **dum** (cum BV) **autem** (*partim eras.* M; enim A) **septem** (.uii. DO) **dies** (diaes C) **consummarentur** (consumarentur R) = *fere* ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμ. συντελεῖσθαι, *cf.* cum au. incipiebant (inciebant *e**) septem dies consummari *e Bed.* (*expos.* ‘*in graeco*’): > **cum** repleretur (repletur *d*) autem (+ eis *d*) dies septimus (> sept. dies *d*) *d gig.*, *et* συντελουμενησ δε τησ εβδομησ ημερασ D^gr. hii CDIOSTU*W; *om. d gig.* **ab** (ἀπό) ADG^c(ap G*)IMR *d gig. p*: de BCFΘKOS TUVW *vg. cor. uat. c dem. e.* asya C, assia D. aerunt G*; uenerant I^c (*cf.* D^gr). iudei DORW; + uenerant *d*; οι δε απο τησ ασιασ ιουδ. εληλυθοτεσ D^gr. **cum uidissent**: uidentes *d e gig.* concitaberunt T; confuderunt *d*; *gr.* συνέχεον *plur.*, συνεκεινησαν E, συνέσχον 20. 41. *om.* **omnem** *e et* E^gr. **populum** (ὄχλον): turbam *d gig.* iniecerunt T; iecierunt D; miserunt *d*. **ei** (illi *gig.*, eis W, in eis I) **manus** (-num D*) = ἐπ’ αὐτὸν τὰς χεῖρας ℵABCDE *etc.*, *cf.* in eum manus G^c *e Bentl.*, super eum manus *d*: > manus in eum S *cum gr.* HLP *al. plur.*

28. *Inc. uers.* **clamantes** *Stephanus* 1555 𝔓 *Tisch. T. G. ed.* 8, *W. H.*: *inc.* **uiri** 𝔈. **clam.** + et dicentes *gig.* israhelite MR, israelite W, israelitae *vg.*, srahelitae C, hisrahelitae D, istrahelitae *d e*. adiubate O; + nos D. aduersum CO. **populum** (-lus I) = τοῦ λαοῦ: pleuem *e*. *om.* **pop. et** *gig.* > legem et populum D. *om.* **et leg. et locum** T. > hunc locum *p*. omnem F. hubique C. > ubique omnes *gig.* **docens**: docet D *c d dem. gig.*; *gr.* ὁ . . . διδάσκων. gaentiles O; grecos *d gig.* introduxit *d*, *uide u.* 29. **uiolauit** (la *sup. lin.* O) = κεκοίνωκεν: polluit CT, communicauit *d gig.*, conquinauit *e*. **sanctum locum istum** (hunc *d*) = τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον: > locum sanct. istum V, > locum hunc sanctum *gig.*

29. **uiderant** (*arctius in ras.* S, uiderunt DΘ *p*) **enim** (eum S) = ἦσαν γὰρ ἑωρακότες HLP *al.*: uid. enim ante CT, preuiderant enim *gig.*, erant enim prouidentes *d e*, *et* ἦσαν γὰρ προεωρακότες ℵABCDE *etc.* trophimum 𝔖, trofimum ACG, trofinum D, throfimum O; + et *d* (*non* D^gr).

quoniam in templum
introduxisset paulus
30 commotaque est ciuitas tota
et facta est concursio
populi
et adprehendentes paulum
trahebant eum extra
templum
et statim clausae sunt
ianuae.
31 Quaerentibus autem eum
occidere
nuntiatum est tribuno
cohortis quia tota confunditur hierusalem
32 qui statim adsumtis militibus
et centurionibus
decucurrit ad illos
qui cum uidissent tribunum
et milites
cessauerunt percutere
paulum
33 tunc accedens tribunus
adprehendit eum
et iussit alligari catenis
duabus
et interrogabat quis esset
et quid fecisset
34 alii autem aliud clamabant
in turba
et cum non posset certum
cognoscere prae tumultu
iussit duci eum in castra
35 et cum uenisset ad gradus
contigit ut portaretur
a militibus propter
uim populi
36 sequebatur enim multitudo

efesium T, efphes. O, ethes. B, effess. D, ephaesiᵘm I; ephesum *e*. ciuitatem F* *p*. cum eo *d e gig.* **aestimauerunt** (estimau. DᶜW, estimab. T, extimau. R, aextimau. C) : existimauerunt Gᶜ; putauerunt *d gig.*; *gr.* ἐνόμιζον (ενομισαμεν D). **quoniam** : quia *d*. **templum** + eum R² *c*. **introduxisset** *cum* BFGᶜI(-sent*)KMRSUVW *vg., cf. gig. infra*: induxisset ACDG*ΘOT *c dem. e p*, induxit *d*; *gr.* εἰσήγαγεν *ut u.* 28. **quoniam . . . paulus**: a paulo introductum in templum *gig.*

30. **commotaque** (comotaque O) : et commota *d gig.* > uniuersa ciuitas *gig.* **concursio** (συνδρομή) : concussio I. **adprehendentes** (adprae. CFΘI, apprae. U, appre. RW *vg. Tisch.*) : cum adprehendissent *d*; comprehensum *gig.* palum M*; + et *p**. traebant T. **eum** *om.* FR *c d dem. gig. et gr.* D. **extra** : foris *e*. **statim** : confestim *gig.*; continuo *d*. clause O(u *sup. lin.*)RW. ianue OW.

31. **quaerentibus** (quer. CIRUW; querentes D *p*) **autem** (*om. p*) = ζητούντων δέ D²HLP *al. pler.*: et cum quererent *d gig.*, ζητούντων τε ℵABE, και ζητ. D*. hoccidere C. **nuntiatum** (nunc. RSW 𝔖𝔠, nuntiatiatum O) **est** : ascendit nuntius *e*; *gr.* ἀνέβη φάσις. **trib. cohortis** (quo. RT, choortis D) = τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης : tribuno legionis cohortis *e*. **confunditur** (-detur S* *et* tur *in ras.*) = συνχύννεται ℵ*AB*D 13, *cf.* confunderetur DO (fun *sup. lin.*) : confusa est *d e gig. et* συγκέχυται ℵᶜEHLP *al.*; *deinde* + in *d* (*non* Dᵍʳ). iherus. CT, ierus. *vg.*; ciuitas *gig. contra gr.*

32. **adsumtis** AOT, -ptis CDFGΘIMR *Tisch.*, assumptis BKSU(asum. U*)VW *vg.* = παραλαβών *gr. plur.* : sumptis *d et* λαβων B. centhurionibus C, centhor. D; centurione *gig.* **decucurrit** (κατέδραμεν) : decurrit DMS*𝔓𝔖𝔗 *dem.*; cucurrit O; procucurrit *d*. ad eos *d e gig.* **qui** *sec.* : ad illi *d*; *gr.* οἱ δέ. uidisset IS*. caessauerunt C, cessab. T. **percutere** (pefc. I*) : percutientes *d e gig.*; *gr.* τύπτοντες. palum M*.

33. **accedens** (ἐγγίσας) : cum adpropinquasset *d*. **adprehendit** (adprae. CFΘIOU*, apprae. U¹, appre. KW *vg. Tisch.*) : comprehendit *d gig.* **iussit** + eum *vg.* (*non cod. caraf.*) *contra gr.* ligari T *d dem.*; alligare *e*. cathenis KW. **duabus** : ·II· D. interrogabit T. **quis** + bel *e*. essaet R; sit *d*. **et** *tert.* : aut CDGᶜT *c dem. contra graec.*; *om.* I. **quid** : quia Gᶜ (G* *non liquet*); qui I; + est quod *e*; *gr.* τί ἐστιν πεποιηκώς.

34. **autem** *om.* D. aliut OT, aliiut G; + quid *e* (*Bentl.*); *gr.* ἄλλο τι. acclamabant *gig.*; *gr.* ἐβόων HLP *al. plur.*, ἐπεφώνουν ℵABDE *etc.* **in turba** (-bam I) : *om.* S; + alii uero aliud R² *c*. **et cum** : cum autem *e et gr.* possit SU *d*; possent IW, possint Θ; *om. e.* cognuscere S; agnoscere T; scire *gig.*, *et* > scire quod certum est *d*, cognoscere certius *e*, > cogn. certum *uoluit Bentl., cum ord. graeco.* pre BIKRSUVW; per D; propter *d e gig.* tumultum *d e gig.*; turba O. adduci D *d gig.*; reduci *e*; > eum duci M *gig.* (addu.) *cum gr.* 31. 68. 99. castris *gig.*

35. **et** (qui *Bed. retr. in textu*) **cum uenisset** (-iisset D; + paulus I¹ *cor. uat.**) : cum autem factus *e*, cum autem adhuc esset *d et* ὅτε δὲ ἐγένετο *gr.* **ad** : in D *d*. grados I. **contigit** (-egit D) **ut portaretur** (+ ipse *e*) = συνέβη βαστάζεσθαι αὐτόν : obtigit paulum baiulari *d et συν. τον παυλον βασταζ.* Dᵍʳ.

36. seqebatur M*, sequibatur S*. **enim** : autem

populi clamans tolle eum
37 et cum coepisset induci
in castra paulus
dicit tribuno
si licet mihi loqui aliquid ad te?
qui dixit graece nosti?
38 nonne tu es aegyptius qui
ante hos dies tumultum
concitasti
et eduxisti in desertum
quattuor milia uirorum
sicariorum?
39 et dixit ad eum paulus
ego homo sum quidem
iudaeus
a tharso ciliciae non ignotae
ciuitatis municeps
rogo autem te permitte
mihi loqui ad populum
40 et cum ille permisisset
paulus stans in gradibus
annuit manu ad plebem
et magno silentio facto
allocutus est hebraea
lingua dicens
XXII. 1 Uiri fratres et patres
audite quam ad uos nunc
reddo rationem

CMSTU *contra graec.*; + eum D *cor. uat.*, c.* **populi**: *om. d gig. et* D^{gr}; + et O. **clamans** (*κράζον* DHLP *al. plur.*): clamantes MR (*Bentl.*) *et κράζοντες* ℵABE *al.* tollite *d.* **eum**: inimicum nostrum *gig. cum sah., cf. ad* xxiv. 18.

37. **et cum** (*om.* S*) **coepisset** (cep. G*RSW, caep. DIM) **induci** (introduci Θ, *cf. u.* 28. 29): incipiensque ind. *e*; et cum iam induceretur *d gig.*; *gr. μέλλων τε εἰσάγεσθαι.* castris *d gig.* **paulus**: *om. d et* D^{gr}; *cum sequentibus coniungunt* BKOR U *p ed. Sacon* 1515. **dicit** (ait *gig.*; dixit ΘOR *c dem. cum gr. min.* 18. 31 *etc.*) **tribuno** = *λέγει τῷ χιλιάρχῳ*: > tribuno respondens dixit *d et τω χειλ. αποκρειθεισ ειπεν* D^{gr}. michi BW. > loqui mihi T. **aliquid** (-it GR^2) = *τι* ℵABE *al.*: *om.* R*T *d gig. cum gr.* DHLP *al. plur.* **aliquid . . . dixit** *in ras. scr.* Θ. **ad**: a O. **qui**: at his *p**, ad ille *d*; *gr. ὁ δέ.* **dixit** (*ἔφη*): dicit BU *gig.*, ait *d*; + ei G^{c}ℭℌ *cor. uat. mg. p.* **graece** BFGΘ *vg.*: grece AC(-cae)DIKM(-ci*)ORSTUVW.

38. **nonne**: non D. **es**: + ille *d*; + uir R^2. **aegiptius** DT, eg. W, aegipcius R, egipc. S, egyptius I. hante C. ^{h}os I; nos *e**. **tumultum concitasti** (suscit. D) *codd. et vg.*; **tumultum** *addidit Hieronymus cum ἀναστατώσας absolute acceperit, sed forsan minus recte, cf.* xvii. 6: perturbasti *gig.*, sollicitasti *d*, concitasti *e* (*omnes sine* **tumultum**); *ἐξαναστατωσασ* E. aeduxisti I, haed. C; ded. Θ; ind. U. disertum D; eremum *d*; deserto *gig.* quatuor IU Wℭℌ; ·IIII· DO. millia *vg.* **uirorum**: hominum R; + et Θ. sycariorum IM, siecar. RUW, secar. DG*, sichar. C; siricariorum *e*^{2} *et σιρικαριων* E^{gr}.

39. **et dixit ad eum** *codd. et vg. contra gr.*: ait autem ad eum *gig.*; dixit autem *d e et gr. εἶπεν δέ.* **ego**: + enim *p*; + *ras. unius lit.* R. **sum quidem** (qui C): > quidem sum IM *d e gig. cum gr.* iudeus DRW, iudaeos S; + natus W. **a tharso** (*uide ad* ix. 11. 30, xi. 25) *codd. plur.* ℭ, *et* a tarso G^c(turso*)MO*STUℭℌℑ *Tisch. e p*: *εν ταρσω* D^{gr}; tarsensis *d* (n *sup. lin.*) *et* **Ταρσεύς** *gr. plur.*; *deinde* + natus *p*^{2}; + δε D^{gr} *non autem d.* cilitiae U, cylichiae C, cilicie W; cilicio O; ex ciliciae *d*; *deinde* + *γεγεννημενοσ* D^{gr} (*non d*). **ciliciae** *cum praecedd. coniungunt* ℑℭ, *cum sequentibus* ℭℌ. **non ignotae** (-te MORW, ignouili *e*) **ciuitatis** (-ti I): *om.* D^{gr} *non d.* **municeps** (m *in ras.* S) = *πολίτης*: ciuis *d* (cuius *cod.*) *e* (ciues) *gig. et* '*quidam codd.*' *ap. Bed.* (*retr.*); *om.* D^{gr}. **rogo**: deprecor *e*; rogo obsegro *d*. **autem**: itaque *gig.*; *om. p cum gr.* L *min. om.* **te** R *d*. **permitte** (*ἐπίτρεψον plur.*, *συνχωρησαι* D): ut permittas *gig.*; *om. d.* michi B; me Θ*. **loqui**: *om.* C; + aliquid G^c. **permitte . . . populum** *in ras. scr. p*^{2}.

40. **et cum ille permisisset** (permisiset M*, permissiset D, permisset K): permisso autem eo *e et gr. plur. ἐπιτρέψαντος δὲ αὐτοῦ*; et cum perm. ei tribunus *d gig.* (+ loqui) *et* D^{gr} *και επιτρ. δε του χιλιαρχου.* instans T. > stans paulus *d gig. et* D^{gr}. **annuit** (adn. CDFO; it *in ras.* U, *deinde ras.* 3 *litt.*) **manu**: adnuntiauit (al. annuit *mg.*) manu Θ; mouit (et mo. *d*) manum *d gig.*; *gr. plur. κατέσεισεν τῇ χειρί*; annuens manu S, *και σεισασ τη χειρει* D^{gr}. pleuem CO; populum *gig.*; eos *d cum gr.* D *syr. harcl.* **et magno** *codd. et vg.*, magnoque *d gig.* = *πολλησ τε* D *syr. harcl.*: magno autem *e et πολλῆς δέ gr. plur.* silencio RS. > facto sil. magno T*; *om.* **facto** T^c. adlocutus C DFGO, adloquutus ΘI, alloq. B. **est** + eos *gig.* **hebraea** BFΘ *vg., et* hebrea AGIKMSUVW, ebrea R; *cf.* vi. 1: hebraica C(-ayca)T *c e gig.*, haebraica O, hebreica *d*, ebreica D. **lingua** + populum *c.* > lingua hebr. *vg. contra gr. om.* **dicens** *gig.*

XXII. 1. aud^{i}te M; + me *d e p cum graeco.* **quam ad uos nunc** (*om.* M, *cf. gig. infra*) **reddo** (redo T*) **rationem** (rac. RS): > q. nunc red. rat. ad uos Θ, > nunc quam red. rat. ad uos D; > nunc apud uos red. rat. (*om.* **quam**) *d*; uerba

[2] cum audissent autem
quia hebraea lingua
loquitur ad illos
magis praestiterunt silentium
[3] et dixit
ego sum uir iudaeus
natus tharso ciliciae
nutritus autem in ista
ciuitate secus pedes
gamalihel
eruditus iuxta ueritatem
paternae legis
aemulator legis sicut et uos
omnes estis hodie
[4] qui hanc uiam persecutus
sum usque ad mortem
alligans et tradens in custodias uiros
ac mulieres
[5] sicut princeps sacerdotum
testimonium mihi reddit
et omnes maiores natu
a quibus et epistulas accipiens ad
fratres damascum
pergebam ut adducerem
inde uinctos in hierusalem ut
punirentur.
[6] Factum est autem eunte
me et adpropinquante

mee excusationis *gig.*; *gr.* τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας.

2. **cum** (quum Θ *et semper*) **audissent** (-iissent D; uidissent S) **autem** = ἀκούσαντες δέ, *cf.* audientes autem *e*: qui cum audissent *gig.*; *deinde* + quidam *cor. uat.** **quia**: quoniam *p*. **hebraea** BFΘIKV *vg. et* hebrea ABCGMRSTUW *c*, ebrea *p*: hebraica O (haeb.) *e gig.*, ebreica D, hebreica *d*. li^{n}gua G; *om.* R. **loquitur** *cum* ACFGΘIMOSTU*Ϛ *p**, adloquitur *d* = προσφωνεῖ DEH *al.*: loqueretur BK RU^{1}VW𐤄𐤎𐤂 *c p*^{2}, loquebatur D *dem. et* προσεφώνει ℵABP *al. plur.*; adlocutus est *e et* προσεφώνησεν L *min.*; + non O^{rec}. **quia . . . loq.**: eum hebr. lingua loqui *gig.* **ad illos** (*om.* T*; eos T^{c} *p*) *codd. et vg. et* eis *e*: *om. d* (*def. ad u.* 10) *gig. cum* D^{gr}. **magis**: magnum *gig.* prestiterunt BCDM RSW. silencium RS. > sil. praestit. *gig.*

3. **dixit**: dicit 𐤄𐤂 *Tisch.*, ait *e gig.*, *et gr.* φησίν; + ad eos I. **ego**: *uoluit* + quidem *Bentl.** (*sed secundis curis correxit*) *cum gr.* HLP *al.* > homo sum *gig. cum gr.* ℵ. indeus DIRW, iudaeos S. **natus**: *om.* M*V; + a DIV; + in 𐤔𐤂 *dem. e* (*non cor. uat.*). **tharso** (*cf.* xxi. 39) *codd. plur.* 𐤂 *c gig. p*: tarso MSU𐤄𐤎 *Tisch. e.* cilicie RW, cilitiae BKU, cyliciae D, -chiae C. > a tharso cyl. natus D *cum gr.* D. enutritus *e.* *om.* **autem** T *c cum gr.* 104 *al.* **ista** (*i sup. lin.* T) **ciuitate**: > ciu. ista *e* (*Bentl.*), > ciu. hac *gig.*; istam ciuitatem AI. **secus**: ante *e.* **gamalihel** (*cf.* v. 34) ABFΘIMORSUV *e*, -liel DGKW𐤄𐤂 *gig. et gr. plur.* Γαμαλιήλ: gamalihelis C, -lielis T𐤔 *cor. uat. mg. c p et* Γαμαλιήλου B 18. 36. 68; *cf.* israhel, -helis, -heli *ad Ioh.* i. 31. heruditus C. **iuxta ueritatem** (κατὰ ἀκρίβειαν): secundum diligentiam *gig.*; certissime *e.* paterne OR. **legis** *pr.*: + et *dem.* emulator RTU(*partim in ras.*)W, aemolator S; aemulor *e*; *om.* I; + autem U; + existens *e et Bed.* (*retr. et in textu, et* '*in graeco*'); *gr.* (*exc.* D) + ὑπάρχων. **legis** *sec. codd. plur. et vg. c dem. p contra gr.*, *cf.* traditionum paternarum mearum *syr. harcl.* (*cum**): *om.* CITW *cum gr.* 137; dei *e gig. Bed.* ('*in graeco*') *Bentl.* (+ existens) *et gr. fere omnes.* sicuti C; sic *gig.* *om.* **et** *sec. e cum gr.* > omnes uos *e Bentl. et gr.* (*exc.* D). hodiae C.

4. **qui**: quia in I. uium G*; *om. gig.* persequutus Θ. husque C. alligando *gig.* trahens D *c*, trahendo *gig.*; *gr. autem* παραδιδούς. **custodias** *codd. plur. et vg. et* φυλακὰς *gr. plur.*: custodiam CT *gig. p*, -dia AO, *et* φυλακὴν D *min.* **uiros**: + quoque *e et graeci.* **ac** (hac CT): et ADGW. > uir. ac mul. in cust. *gig.*

5. **sicut** + et *c e gig.* (*Bentl.*) *et gr.* **princeps sacerdotum** (ὁ ἀρχιερεύς) *codd. plur. et vg.*, pontifex *gig.*: principes sacerd. CG^{c}Θ(-cepes)IRS*(*corr.* S^{1}) T *c dem. e*; *deinde* + et totum concilium *gig.* > mihi testim. BFKRSUVW *vg. c.* **reddit** (*in ras. scr.* K) *codd. plur. et vg., et* reddunt G^{c}Θ*R *c dem.*, perhibent *gig.* = μαρτυρεῖ *plur.*: reddidit DI *et* εμαρτυρει B; reddent CT, *et* μαρτυρησει D. **omnes** (*bis scr.* O*) **maiores natu** = πᾶν τὸ πρεσβυτέριον: omn. seniores *gig.*; totam seniorum *e.* **et** *sec.*: *om.* FΘ*M^{c}RSU* *cum gr.* D^{3}; etiam *gig.* **epistulas** *cum* ACFGV, aep. D: epistolas BΘKMOSTU *vg.*; epistolis *gig.* accepiens S, accepi I, accipi O; acceptis *gig.* **ad** (a S) **fratres**: *om.* I; + in *e.* damaschum C. **pergebam**: ibam *gig.*; *gr.* ἐπορευόμην. **ut adducerem** = ἄξων, *cf.* perducturus *gig.*: adducere *e et* ἀξαι E^{gr}; *uoluit* + et *Bentl. cum graeco.* **inde uinctos** (uictos M*S*) = τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δεδεμένους, *melius forsan* eos qui ibi essent alligatos *gig.*: constitutis uinctos *e* (*linea ante* const. *relicta*). *om.* in *c** *gig.* iherusalem C, ierus. *vg.*, hierurusalem O. uti *sec.* DI, huti C. **punirentur**: i *in ras.* U; puner. DS; + si qui de hac uia essent *gig.*

6. **factum est**: contigit *gig.* **est au. e. me** *in ras. scr.* U. **autem** *om.* D. **eunte** (he. C, euntem S) **me**: michi eunti *gig.*; eunti *e*; *et gr.* μοι πορευομένῳ. approp. KW *vg. Tisch.*, adpropin-

damasco
media die subito de caelo
circumfulsit me lux
copiosa
[7] et decidens in terram audiui uocem
dicentem mihi
saule saule quid me
persequeris?
[8] ego autem respondi
quis es domine?
dixitque ad me
ego sum iesus nazarenus
quem tu persequeris
[9] et qui mecum erant
lumen quidem uiderunt
uocem autem non audierunt
eius qui loquebatur mecum
[10] et dixi quid faciam domine?
dominus autem dixit ad me
surgens uade damascum
et ibi tibi dicetur de omnibus
quae te oporteat facere
[11] et cum non uiderem prae
claritate luminis illius
ad manum deductus a comitibus ueni
damascum
[12] ananias autem quidam
uir secundum legem
testimonium habens
ab omnibus habitantibus
iudaeis
[13] ueniens ad me
et adstans dixit mihi
saule frater respice

---

quantem S; adpropinquanti *gig.* damascho CRU (-chho U^{e}); damascum I. **media die** (diae CO) = *περὶ μεσημβρίαν, et* circa media diem *e*: ea die I; media autem nocte W; media die *cum praecedd. coniungit* F. **subito**: repente *e.* > subito med. die *gig.* celo MSW. circumfulsit ☪. *om.* **me** *sec. e* (*uide infra*). **lux**: lumen *gig.* copiossa D; magnum *gig.*; *gr.* ικανόν; + circum me *e et gr.* περιαστράψαι φῶς ικ. περὶ ἐμέ.

7. **et** (*om.* FS) **decidens** *codd. et vg.*, cadensque *e*: et cecidi *gig. et* ἔπεσά τε *gr.* (*et infra* + καί). **in**: supra *gig.* terra IRS; + et *gig.* audi U. **uocem** + de celo *cor. uat.** michi W; + lingua hebraica *gig.* **uoc. dic. mihi** *in ras. scr.* M. **persequeris** (*om. e**): + durum est (erit *dem.*; *om. e gig.*) tibi (*om. dem.*) contra (ad *gig.*) stimulum (-lam *e*) calcitrare D *cor. uat.** *dem. e gig. et Bed.* (*retr.* '*in graeco*') *cum* E^{gr} *syr. harcl. mg.*; *cf. ad* ix. 5, *et* xxvi. 14.

8. **respondi** + tu *p.* **quis**: qui F. hiesus *e.* natzarenus D; nazoraeus *e et gr.* quaem O. **tu**: thu T. **quem . . . erant** (*u.* 9) *in ras. scr.* I.

9. **et qui mecum erant**: qui autem m. er. *e*, at hi qui m. er. *gig.*; *gr.* οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες. **quidem** + non *c.* **uiderunt**: + et timefacti sunt *gig.*, + et in timore facti sunt *Bed.* (*retr.* '*in graeco*'), + et intimorati facti sunt *e, cum gr.* DE LP *al. pler. syr. harcl.* uocaem O. **autem** *om.* D. *om.* **non** *c.* > eius non audiebant O. loquebantur I. **mecum**: mihi *e.* > mecum loquebatur *p.*

10. **et dixi** (dx̄ = dixit? D): dixi autem *e et gr.* εἶπον δέ. > domine quid faciam O. **dominus**: deus D. **ad me**: mihi RT. **surgens uade** (ἀναστὰς πορεύου): surge uade OR *gig. p*; surge et uade I; *deinde* + in O *e.* **ibi**: illic *gig.* **tibi dicetur** (-itur A*S *p**; docetur D): > dicetur tibi RW *e cum* E^{gr}. **quae**: quid IMR. **te oporteat** (hop. C) *codd. plur. et vg., et* te oportet DT *d*: > oporteat te BFKVW *Bentl.*; oporteat (*om.* te) *e cum* E^{gr}; *gr.* τέτακταί σοι.

11. **et cum non uiderem** *codd. et vg.*, cum autem non uidebam *e* = ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον: cum (ut *d*) autem exsurrexissem (surrexit *d*) non uidebam *d gig. syr. harcl. mg.* (*def.* D^{gr}). pre BKRW; a *d.* claritatae O; claritatem F*I. lumen O; lucis *d.* > lum. illius clar. *gig.*; *deinde* + et *d gig.* **ad manum** (m *pr. in ras.* U): manu *e.* **deductus**: ductus G^{o}S*. **a**: ad I*. **comitibus**: eis (*om. d*) qui mecum erant *d e gig., et gr.* τῶν συνόντων μοι. **ueni** (ingressus sum *e*): + ad D; + in *d e.* damaschum C *c.*

Praefatio haec, quae ex Epistula Hieronymi ad Paulinum (= *Hieron. ep.* liii. 9) *est desumpta, continetur in codd. nostris* FUV. *In codd.* F *et* V *praefationem superiorem sequitur, sed in codice* U *tertium obtinet locum, inter Praefationem in Epistulam Iacobi* 'Iacobus apostolus sanctum instruit' (*uide infra p.* 232) *et Capitula in eandem epistulam posita. Impressit etiam Thomasius* I, *p.* 364, *e codd. Orat.* B. 6 (= V *nostro*) *et S. Pauli.*

Inscr. inc· alius prologus F; tertius prologus U; incip̄ argum̄tū V.

IACOBUS, Petrus, Iohannes, Iudas septem epistulas ediderunt, tam mysticas quam succinctas, et breues pariter et longas; breues in uerbis longas in sententiis; ut rarus quis non in earum lectione cicutiat.

---

1. VII F. epistolas UV.
2. **quam**: tam FU. **et** *sec.*: ac V.
3. **quis**: qui V. **in**: *om.* V. **earum**: + *ras.* 1 *uel* 2 *litt.* U. electione F. caecutiat U^{c}.

Subscr. expl· prologus· F; explic̄ argum̄ V; *nihil habet* U.

EPISTULA IACOBI.

Ordinem (α) *Argumentum*, (β) *Capitula exhibent* U (*uide autem infra*) *c*; (α) '*Hieronymus in catalogo Scriptt. Eccl.*', (β) *Argumentum* ϛ; *Capitula tantum* ABCFIKTV: *nihil habent* DGHΘLOWZ𝔜𝔖𝔈 *Tisch. dem. diu. uett.*

ARGUMENTUM IN EPISTULAM IACOBI.

Praefatio haec continetur in codd. nostris U *c et in* ϛ. *In codice* U *inter praefationem priorem in omnes Epistulas Canonicas* ('Non ita ordo est . . .') *et secundam* ('Iacobus petrus iohannes iudas . . .') *est posita; in c inter praefationem priorem in omnes Epp. et Capitula in Epistulam Iacobi; et in* ϛ *secundum obtinet locum post* '*Hieronymus in catalogo Scriptt. Eccl.*' (*uide infra*).

Impressit Thomasius I, *p.* 373, *e codd. Orat.* B. 7, *Uatic.* 4221, *Reg. Suet., S. Petri* A. 1, *et Sanctae Mariae ad Martyres.*

Inscr. alius prologus U; incipit argumentum ī epla sc̄i iacobi *c*; argumentum in epistolam catholicam iacobi apostoli ϛ.

IACOBUS apostolus sanctum instruit clerum de cultura caelestium praeceptorum, et regula catholicae obseruantiae, et de inuictae patientiae maiestate, et de reuelatione plurimorum, et de mendacio magistrorum.

1. insituit U. preceptorum *c*.
2. inuictis U*.
3. de *pr.*: *om.* U. de *sec.*: *om.* U *c*. mendacium U* *c*.

Subscr. explic̄ argum̄tum *c*; *nihil habent* Uϛ.

Praefatio haec, quae e catalogo Hieronymiano '*De uiris illustribus*' *est desumpta, in* ϛ *primum obtinet locum.*

HIERONYMUS IN CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

IACOBUS, qui appellatur frater Domini, cognomento Iustus, ut nonnulli existimant, Ioseph, ex alia uxore: ut autem mihi uidetur, Mariae sororis matris Domini, cuius Iohannes in libro suo meminit, filius: post passionem Domini, statim ab Apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus, unam tantum scripsit epistolam, quae de septem catholicis est: quae et ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem. Egesippus uicinus Apostolicorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans ait, Suscepit ecclesiam Ierosolymae, post Apostolos frater Domini Iacobus, cognomento Iustus. Multi siquidem Iacobi uocabantur. Hic de utero matris sanctus fuit, uinum et siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, nec unctus unguento, nec usus balneo. Huic soli licitum erat ingredi Sancta sanctorum. Siquidem uestibus laneis non utebatur, sed lineis: solusque ingrediebatur templum: et fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantum, ut camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit et alia multa, quae enumerare longum est. Sed et Iosephus in uicesimo libro Antiquitatum refert, (et Clemens in septimo ὑποτυπώσεων,)

mortuo Festo, qui Iudaeam regebat, missum a Nerone esse successorem eius Albinum: qui cum necdum ad prouinciam peruenisset, Ananus, inquit, pontifex adolescens, Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregauit, et compellens publice Iacobum ut Christum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari iussit. Qui cum praecipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad caelum manus diceret, Domine ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt: fullonis fuste, quo rudia uestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit. Tradit item Iosephus tantae eum sanctitatis fuisse, et celebritatis in populo, ut propter eius necem, creditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas, Alium autem Apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc crebrius Acta testantur. Euangelium quoque quod appellatur Secundum Hebraeos, et a me nuper in Graecum, Latinumque sermonem translatum est, quo et Origenes saepe utitur, post resurrectionem Saluatoris refert, Dominus autem cum dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum, et apparuit ei. Iuraverat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec uideret eum resurgentem a mortuis. Rursusque post paululum, Afferte, ait Dominus, mensam et panem. Statimque additur, Tulit panem, et benedixit, ac fregit, et dedit Iacobo Iusto, et dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis a dormientibus. Triginta itaque annos Ierosolymis rexit ecclesiam, id est usque ad septimum Neronis annum, et iuxta templum ubi et praecipitatus fuerat, sepultus est. Titulum usque ad obsidionem Titi et ultimam Hadriani notissimum habuit. Quidam e nostris in Monte-oliueti eum putauerunt conditum: sed falsa eorum opinio est.

CAPITULA IN EPISTULAM IACOBI.

Capitula exstant in codicibus nostris ABCFIKTUV *c.*

Desunt in DGHΘLOWZ *vg. Tisch. dem. diu. uett. In* H *autem et* Θ *inter praefationem in omnes Epistulas Canonicas* (' Non ita ordo est . . .') *et Epistulam Iacobi ipsam relicta sunt spatia, in* H 18 *et in* Θ 20 *linearum. Inscriptionem etiam in Capitula habet* Θ.

Post unumquodque capitulum addidimus capp. et uerss. Epistulae.

Inscr. incipiunt (inc· F) capitula AFV *c*; incipit capitula iacobi I; incipiunt capitula iacobi apostoli Θ; incp̄nt captl epistl iacobi B; incipiunt capitula epistolae sc̄i iacobi K; incipiunt kapitolae in aepistola iacobi C; incipit capitulatio in epistola iacobi apstli T; incipiunt capitulationes U.

ABFIKU *c*

Edidimus e codice A, *uariis lectionibus codicum rell. in calce paginae subiunctis, iis tantum exceptis quae ad meram orthographiam spectant* (*cf. etiam Thomasium,* I, *pp.* 372 *seq., qui capitula e codd. Orat.* B. 7, *Uatic.* 4221, *Reg. Suetiae, S. Petri* A. 1, *et Sanctae Mariae ad Martyres impressit*).

I. De inimicorum inritationibus risui deputandis (i. 1).

II. De temptationibus aduersarii quae domini fore plurimi arbitrantur (i. 12).

III. De homine uero quod sit operis dominici documentum (i. 16).

IIII (III I). De sermone diuino quod sit operis indicio praedicandus (i. 21).

V (IIII I). De cultura religionis et ministerio pietatis (i. 26).

VI (V I). De caelestibus diuitiis et terrenis quae animas egestate consumunt (ii. 1).

VII (VI I). De lege libertatis quam implere omnifaria exhortatur et seueritate (ii. 8).

CT

Edidimus e codice C, *uariis lectionibus codicis* T *in calce paginae subiunctis, iis exceptis quae ad meram orthographiam spectant.*

I. Gaudendum in temptationibus . Et sapientiam a Deo poscendam . Eique non dari qui dubiae petit . Et de diuitibus faeno harido conparatis (i. 1).

II. Beatum esse qui temptationem suffert . Et non ha deo temptari quemquam . sed ha conscientia peccatrice . Et homne donum bonum a Deo esse (i. 12).

III. Loquacitatem et iracundiam refrenandam . mansuetudinemque sectandam . Et factores legis nos esse debere non auditores . Et quae sit uera inmaculataque religio (i. 19).

IIII. De personarum acceptione . legisque transgressione . Et misericordiam superexaltare iudicio (ii. 1).

V *Cod. S. Pauli, apud Thomasium,* I, *pp.* 364 *seq. Impressimus e codice* V, *variis lectionibus cod. S. Pauli in calce paginae subiunctis iis exceptis quae ad meram orthographiam spectant.*

I. Iacobus dispersis per orbem iudaeis scribens docet gaudendum in temtationibus nec diuitum gloriam aemulandam quia diuitiarum amor interitum pacientia uero coronam expectet (i. 1).

II. Quod seminarium concupiscentiarum ex nobis ipsis oriatur bona atque agimus caelitus donentur (i. 13).

III. Quod audiendo ac faciendo dei uerbum et non superuacuae locutioni uacando ad nostrarum salutem animarum ac beatitudinem debeamus peruenire perpetuam (i. 19).

IIII. Non diuitias malorum honorandas sed pauperibus christi precipit esse miserendum (ii. 1).

Notae ad codd. ABFIKU *c.* I. **inritationibus**: insecutionibus (cutionibus *arte in ras. scr.* B) BFIKU; insectationibus *c.* II. **domini**: dei BFIKU *c.* **fore**: furorem F^{e}. III. **dominici**: domini *c.* IIII. praedicando I. VI. **de caelestibus diuitiis**: > de diu. c. BFKU *c, cf.* > de uitiis c. *tantum* I. consument BFIK. VII. impleri BFKU; impleriā I. **omnifaria** (omnifariam BFKU *c*; + *ras.* 1 *lit.* K): *om.* I. exhortationem K. **seueritate** (seueritatem BFIK; + *ras.* 6 *litt.* U): + iusti iudicis BFIKU.

Notae ad codd. CT. IIII. **transgressione**: translatione T. super ex altare T.

ABFIKU *c*	CT	V *Cod. S. Pauli.*
VIII (VII I). De nudis sermonibus et fide sine operibus (ii. 14).	V. Fidem sine operibus nihil prodesse (ii. 14).	V. Ueritatem fidei ex operibus ostendam abraham patriarchae et raab meretricis exemplo comprobat (ii. 14).
VIIII (VIII I). De fide quae non potest opere remoto firmari (ii. 19).		
X (VIIII I). De magistris qui citra totam perfectionem esse non possunt (iii. 1).	VI. Non temerae husurpandum nomen magistri . beatumque esse qui refrenat linguam . quam . nequaquam hoporteat esse maledicam . eamque indomabile malum esse (iii. 1).	VI. A ministerio uerbi rudes conpescit eo quod laboriosa multum sit custodia linguae mundo autem ore dulcedinem deceat oraculi caelestis praedicari (iii. 1).
XI (X I). De lingua uix domabili (iii. 5).		
XII (XI I). De sapientia caelesti et terrena (iii. 14).	VII. De sapientia caelesti et terrena . Et quod bella hac lites de concupiscentia generentur . Nostrasque praeces idcirco frustrari quia iniusta petamus (iii. 14).	VII. Contentiosam uetans pacificam decet appetendam esse sapientiam quod illam omne opus prauum hanc iustitiae fructus sequatur (iii. 13).
		VIII. Ut a bellis ac litibus possit esse quies mundi amicitias contemni ac pro adquisitione regni caelestis praecipit humiliari (iv. 1).
XIII (XII I). De amicis dei quod mundi nequeant fore amatores (iv. 4).	VIII. Sapientiam mundi inimicam esse Deo . Et hut resistentes diabulo humiliemur Deo . risumque in merorem uertentes . non detrahamus alterutro (iv. 4).	
XIIII (XIII I). De his qui uera locuntur (iv. 8).		
XV (XIIII I). De incerto uitae et prolixis disputationibus (iv. 11).		VIIII. A mutua uituperatione refrenans etiam in incerto diuitiarum superbire prohibet (iv. 11).
XVI (XV I). De suppliciis diuitum (iv. 13).	VIIII. In homni hactu considerato humanae fragilitatis incerto dicendum si Deus uult . Et peccatum esse bonum scire nec facere . Et de diuitibus in terra thesaurizantibus (iv. 13).	
XVII (XVI I). De aduersorum tolerantiae retributione (v. 1).		X. Increpat eos qui de diuitiis suis non solum dare pauperibus sed nec mercennariis quidem suis debitum reddere curabant et specialiter tangens eos qui saluatorem occiderunt patienter aduersa quaeque tolerare suadet (v. 1).
XVIII (XVII I). De passione martyrum et domini (v. 7).	X. Patienter remunerationem futuram . In tribulationibus expectandam . Iuxta exemplum Iob et Domini . Et homnino non iurandum (v. 7).	XI. Non murmurandum ad inuicem sed patienter agendum exemplo ipsius domini et sancto-

Notae ad codd. ABFIKU *c.* VIII. **sermonibus**: + quod sit professio inimici BFIKU *c.* fides BFKU. **operibus**: opere *deinde* + corpus exanime BFIKU *c.* > VIII *et* VIIII BFIKU *c.* VIIII. **remoto**: moto BFIK. **firmari**: + et elemosinis BFIKU. XI. **domabili** (edomabili U *c*; edomabile BFIK): + malo U *c*, + malum BFIK. XIII. fere F*; ferre F°. XIIII. **locuntur**: + quod culpam (culpa A°) nequeant detractationis (detractionis BFIKU *c*) incurrere (*om.* A°) A°BFIKU *c.* XV. **incerto** (incertum BFK): + *ras. breu.* U. **disputationibus**: + *ras. circa* 12 *litt.* B. XVI. **suppliciis**: + saeculi BFIKU *c.* **diuitum**: + iniustorum BFIKU; + iustorum *c.* XVII. aduersariorum U. retributionem BFIK. XVIII. passionibus BFIKU *et* > martyrum passionibus U. **et**: + ipsius BFIKU *c.* **domini**: + et quod insecutoribus suis (*om.* BK *c*) non reddiderint (reddiderunt U*; redderent B; redderint K) talia (talionem I) BFIKU *c.*

Notae ad codd. CT. VII. **generentur**: geruntur T. VIII. detraamur alterutrum T. VIIII. **scire nec**: sciren T*; et non sciren et T°. X. **remunerationem**: se muneratione *et* se mun *in ras. scr.* T.

Notae ad codd. V *et S. Pauli.* V. ostendendam *S. Pauli.* VI. doceat oracula *S. Pauli.* VII. docet *S. Pauli.*

ABFIKU *c*	CT	V *Cod. S. Pauli.*
XVIIII (XVIII I). De remediis uitae praesentis (v. 11).		rum eius astruit qui per tolerantiam passionum ad gloriam beatitudinis peruenerint (v. 9).
	XI. In tristitia horandum . Et in hegritudine benedictionem a presbiteris expectandam . Et invicem confitenda peccata . horandumque pro inuicem (v. 13).	XII. A iurando prohibens docet tristitiis atque infirmitatibus nostris per psalmos orationes et confessiones peccatorum debere mederi probatque exemplo heliae quae sit uirtus orationis quodque sibi salutem conquirat qui errantem correxerit insinuat (v. 12).
XX (XVIIII I; *eras.* U). De uirtutibus sanctorum et conuersationibus eorum qui fuerint peccatis adstricti (v. 17).	XII. Exemplum de Heliae quantum prosit horatio . et quod cohoperiat multitudinem peccatorum qui animam reuocat ab errore (v. 17).	

Notae ad codd. ABFIKU *c*. XVIIII. *Hoc capitulum om.* U*, *deinde + in ima pag.* U^{c}. XX. conuersoribus BFIKU *c*. **peccatis adstricti** (abstricti I; attriti *c*): >asstricti p. U.

Notae ad codd. CT. XI. **a**: *om.* T. XII. **prosit**: possit T.

Subscr. expliciunt capitula (captl V) BTV *c*; explīc capitula iacobi I; exp. capit. sci. iacobi F; expliciunt capitl̄ epistolae sc̄i iacobi K; expliciunt capitula de epistula iacobi A; explicuerunt kapitolae C; expliciunt capitulationes U.

ELENCHUS CODICUM NOSTRORUM IN EPISTULA IACOBI.

1. A. Cod. *Amiatinus* s. VII ex. uel VIII in. = A Euang. (uide uol. I, p. xi); contulit H. J. W.
2. B. Cod. *Bambergensis* s. IX = B Epp. Paul. et Act. (uide I, p. 674, et III, p. v); contulit H. F. D. S.
3. C. Cod. *Cauensis* s. forsan IX = C Euang. (uide I, p. xi); contulit J. S.
4. D. Cod. *Ardmachanus* s. IX in. = D Euang. (uide I, p. xi, II, p. 292, et III, p. v); edidit J. Gwynn, Dublini 1913.
5. F. Cod. *Fuldensis* s. VI = F Euang. (uide I, p. xii); edidit E. Ranke, Marburgi et Lipsiae 1868.
6. G. Cod. *Sangermanensis* s. IX = G et g_1 Euang. (uide I, p. xii); contulit H. J. W.
7. H. Cod. *Hubertianus* s. IX–X = H Euang. (uide I, p. xii); contulerunt J. S. et H. F. D. S.
8. Θ. Cod. *Theodulfianus* s. IX = Θ Euang. (uide I, p. xii); exemplar photographicum contulerunt A. Ramsbotham et H. F. D. S.
9. I. Cod. *Iueueniani Uallicellanus* B. 25 s. VIII–IX = I Act. (uide III, pp. vi, vii); exemplar photographicum contulerunt A. Ramsbotham et A. W. A.
10. K. Cod. *Karolinus* s. IX = K Euang. (uide I, p. xii); contulit F. G. Harvie.
11. L. Cod. *Lemouicensis* s. VIII–IX (nunc Par. Lat. 2328; cf. Berger *Hist. de la Vulg.* pp. 83, 405); contulit G. M. Youngman.
12. O. Cod. *Oxoniensis* (*Laud. Lat.* 43) s. XII–XIII; edidit E. S. Buchanan, Lond. 1916, denuo contulit H. F. D. S.
13. T. Cod. *Toletanus* s. VIII = T Euang. (uide I, pp. xiii, xiv); contulit J. S.
14. U. Cod. *Ulmensis* s. IX = U Epp. Paul. et Act. (uide III, p. viii); contulerunt F. G. Harvie et H. F. D. S.
15. V. Cod. *Uallicellanus* s. IX = V Euang. (uide I, p. xiv); contulit J. S.
16. W. Cod. *Sarisburiensis* s. XIII = W Euang. (uide I, p. xiv); contulit H. J. W.
17. Z. Cod. *Harleianus* s. IX = Z Epp. Paul. (uide II, p. 174); edidit E. S. Buchanan, Lond. 1912, denuo contulit H. F. D. S.
18. *c.* Cod. *Colbertinus* s. XIII = *c* Euang. (uide I, p. xxxi, et II, p. 62); contulit H. J. W.
19. *dem.* Cod. *Demidouianus* s. XIII apud C. F. Matthaei *Test. Nou.*, Rigae 1782.
20. *diu.* Cod. *Diuionensis* 9 (*bis*) a. 1109, dictus Cod. S. Stephani Harding; exemplar photographicum contulerunt A. W. A. et H. F. D. S.
21. *ff.* Cod. *Corbeiensis* s. X; edidit J. S. e collatione V. Jernstedt (*Studia Biblica*, I, Oxon. 1885, pp. 115 seqq.).
22. *m.* Lectiones e libro *de diuinis scripturis siue Speculum* = *m* Euang. (uide I, p. xxxii).
23. *p.* Cod. *Perpinianus* s. XIII in. = *p* Act. (uide III, p. x); edidit E. S. Buchanan (*The Journal of Theological Studies*, xii, Oxon. 1911, pp. 497 seqq.).
24. *s.* Fragmenta *Uindobonensia* s. VI = *s* Act. (uide III, p. x); edidit H. J. W. (*Old-Latin Biblical Texts*, IV, Oxon. 1897).
25. *t.* Lectiones e libro qui dicitur *Liber Comicus* etc. (uide III, p. x).

De siglis ℌℜℭ, *vg.*, *cod. caraf.*, *Bentl.*, *Tisch.*, etc., uide uol. I, p. xxviii seq.

EPISTULA IACOBI.

Epistula Iacobi in his codicibus sine lacuna exstat:—ABCDFGHΘIKLOTUVWZ *c dem. diu. ff p. In s lacunae sunt viz.*:—ii. 10 (totam)–ii. 16 (*cal*efacimini), iii. 6 (et lingua)–iii. 13 (disciplinatus), iv. 9 (miseri)–iv. 11 (alterutrum), v. 10 (laboris)–v. 18 (suum); *h* (= *Fragmenta Floriacensia rescripta*) *et r* (= *Fragmenta Freisingensia*) *nihil, m* (= *lectiones e libro 'de diuinis scripturis siue speculum'*) *et t* (= *lectiones e lectionario qui dicitur 'liber comicus'*) *pauca tantum continent. Itaque in hac epistula codices Hieronymiani* (*inter quos c dem. diu. sine dubio numerandi sunt*) *et ueteres uiginti quinque nobis praesto sunt. Uariantes lectiones ex ueteribus perpetuo citauimus, iis discrepantiis tantum omissis quae ad meram orthographiam spectant.*

Ordo stichorum e codice Amiatino est.

Patres citauimus tantum ubi a textu nostro dissentiunt et plerumque uel ex editione Uindobonensi (= *Corp. Scr. Eccl. Latt.*) *uel ex ed. Migne* (= *Patrologia Latina*); *Ambrosium autem partim ex ed. Benedictina* (*Uenet.* 1748), *partim ex ed. Uind. nondum ad finem perducta; Augustinum semper ex ed. Bened.* (*Paris.* 1679); *Caesarium partim ex ed. Migne* (*P. L.* lxvii), *partim ex ed. Morin* (= *Florilegium Patristicum, fasc.* xxxiv, *Bonnae* 1933: *Sancti Caesarii Opera Omnia, vol.* I. 1, 2, *Maretioli* 1937); *Hieronymum partim ex ed. Uallarsii* (*Ueronae* 1734), *partim ex ed. Uind. nondum ad finem perducta—exceptis lectionibus Tractt. in Psalmos, etc., quas ex ed. Morin* (= *Anecdota Maredsolana* III. 1, 2, *et* 3) *sumpsimus; Origenis interpretes partim ex ed. Delarue* (*Paris.* 1733), *partim ex ed. Berolinensi nondum ad finem perducta* (= '*Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte*', *uoll.* xxii *etc.*); *Pacianum ex ed. Peyrot* (*Zwollae* 1896); *Pelagium ex ed. Souter* (= '*Texts and Studies*', *uol.* ix. 2, *Cantabr.* 1926); *Gildam ex ed. Haddan et Stubbs* (= '*Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland*', I, *Oxon.* 1869, *pp.* 44 *seqq.*); *Apringium ex ed. Férotin* (= '*Bibliothèque Patrologique*', I, *Paris.* 1900, *pp.* 85 *seqq.*); *Beatum ex ed. Sanders* (= '*Papers and Monographs of the American Academy in Rome*', *uol.* vii, *Romae* 1930).

Textum Baedae commentarii in Epistulam e noua octo codicum conlatione congessimus, quorum septem nobis praesto erant Oxonii in bibliotheca Bodleiana seruati sub nota (i) *Bodl.* 849 (A.D. 818), (ii) *Laud. Misc.* 442 (*s.* ix), (iii) *Jesus* 69 (*s.* xi), (iv) *Jesus* 70 (*s.* xii), (v) *Laud. Misc.* 78 (*s.* xii), (vi) *Ball.* 177 (*s.* xii *ex.*), (vii) *Linc. Lat.* 31 (*ss.* xii–xiii); *octauus uero in bibliotheca collegii Orielensis repositus sub nota* 'xxxiv' (*s.* x): *quos omnes contulit Claudius Ienkins huius editionis gratia. Addidimus etiam locos ex aliis Baedae commentariis et tractatibus secundum ed. Migne* (= *P. L.* xc–xcv).

Inscr. incipit epistula iacobi *s*; incipit (inciꝑ *diu.*) epistola (aep. D, epla *diu.*) iacobi apostoli (apli *diu.*) D *diu. p*; incipit (inciꝑ KV *c*) epistola (epistol B, epla *c*, epl V) sc̄i iacobi BKV *c*; incipit (inciꝑ U) epistola (epis̄ U) beati (bēa U) iacobi apli UZ°; incipit epistula iacobi prima G; incip̄ epis iacobi feliciter *ff*; incipit epistola (aep. C) iacobi ad duodecim tribus CT; incipit liber iacobi *dem.*; inc· ipsa epistula F; inciꝑ epistula I; epistula iacobi *Tisch.*; epistola catholica (canonica 𝔖; + beati 𝔖𝔗) iacobi apostoli *vg.*; *nihil habent* AHΘLOWZ*.

INCIPIT EPISTULA IACOBI.

I. [1] Iacobus dei et domini nostri iesu christi
seruus duodecim tribus
quae sunt in dispersione
salutem
[2] omne gaudium existimate

I. 1. *Priora uerba litteris uncialibus uel rubris scripta habent* B (iacobus . . . [2]gaudium), Θ (iacobus . . . quae), HZ (iacobus . . . ser), AF (iacobus . . . christi), IU *diu.* (iacobus . . . nostri), V (iacobus d. et), *vg.* (iacobus). **dei** (deus V*) **et domini nostri** *cum gr.* 14* *ut udtur* Θεοῦ καὶ κυρίου ἡμῶν: dei et dom. *tantum* Z *Bentl. ff s* (*ut udtur*) *cum gr. paene omn.* Θ. (69 + πατρός) καὶ κ. (*sine* ἡμῶν); *om. omnino* W *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1377) *sine auct. gr.* **christi**: *gr.* 47. 101 *om., non autem latt.* xii DW. **tribubus** (*inter* u *pr. et* b *sec. ras.* 1 *lit.* Z) = φυλαῖς: tribus CF*Θ*IT *ff.* que IOWZ. **salutem**, *gr.* χαίρειν: salī *ff.*

2. *Ad init.* + karissimi *t* (*ad init. pericopes*). **existimate**, *gr.* ἡγήσασθε (13 ἡγεῖσθε): + uos *Luculent.* (*P. L.* lxxii. 818, 819; *non autem* 844,

fratres mei cum in tem-
tationibus uariis incideritis
[3] scientes quod probatio
fidei uestrae patientiam
operatur
[4] patientia autem opus perfectum
habeat
ut sitis perfecti et integri
in nullo deficientes
[5] si quis autem uestrum indiget
sapientiam postulet a deo
qui dat omnibus affluenter
et non inproperat et dabitur ei
[6] postulet autem in fide
nihil haesitans
qui enim haesitat similis est
fluctui maris
qui a uento mouetur
et circumfertur
[7] non ergo aestimet homo
ille quod accipiat
aliquid a domino

---

847). **fratres mei** *cum gr. omn.* ἀδελφοί μου: fr. *tantum Arnob.-Iun.* (*P. L.* liii. 366) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxix. 70); *om. omnino t*; *deinde* + dilecti Z *sine auct. gr.* **cum** (quum ΘT), *gr.* ὅταν: quando *ff*. **in temtationibus** (tempt. ACFW) **uariis incideritis** *cum Tisch. s Aug.* (v. 1201), *cf.* in temptationes (temptac. O, tentat. *vg.*; es *in ras. scr.* B) uarias incideritis (= Z^{c2}, inced. DV^cZ^*; incederetis Z^{c1}) *codd. plur. vg. cod. caraf. Bentl. uett. plur. Orig.* (*int. gen. hom.* viii. 10 *libere*) *Aug.* (v. 89, 766, 769, vii. 358) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1377) *Greg.-Mag. Baed.* $\frac{7}{8}$: > in uariis tentationibus inc. *Luculent.* (*P. L.* lxxii. 818, 819, 844, 847), *cf.* > in uarias temptationes incurritis *ff*; > incideritis in temptationes uarias *Baed.* $\frac{1}{8}$; *gr. omn.* > πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις;—*cf.* I Pet. i. 6.

3. **quod** *etiam Aug.* (v. 769), *gr.* ὅτι: quia *Aug.* (v. 766); *om. t.* **probatio** (-cio O), *gr.* τὸ δοκίμιον (28. 180 δόκιμον): tribulatio *t Aug.* (v. 766, *non autem* 769);—*cf.* I Pet. i. 7. **fidei uestrae** (-tre ILO; nostre W) *etiam Aug.* (v. 769) *cum gr. plur.* ὑμῶν τῆς πίστεως: uestra *tantum ff cum gr.* B^3 81 ὑμῶν (*sine τ. π.*); *om. omnino Aug.* (v. 766). **patientiam** (pacient. VWZ^c, pacienc. O) **operatur** (hop. C): > op. sufferentiam *ff cum ord. gr. omn.* κατεργάζεται ὑπομονήν; *om.* Z*.

4. **patientia** (pacient. LWZ, pacienc. O) **autem** *etiam Aug.* (v. 766, 769, 1141), *cf.* sufferentia au. *ff*, *et gr. omn.* ἡ δὲ ὑπομονή: pat. (*sine* au.) A *Aug.* (vi. 628). hopus C, opos G. **perfectum** (fectu *in ras. scr.* K), *gr.* τέλειον: consummatum *ff*. **habeat** *cum gr. omn.* ἐχέτω: habet G*H^{c}O W$\mathfrak{SC}$ *dem. p t Aug.* (*quater*) *Baed.* $\frac{7}{8}$. sites L. **perfecti** (τέλειοι): consummati *ff*. **perfecti et**: *in ras. scr.* O. intigri D. nulo L. difficientes D.

5. *Ad init.* + et *ff sine auct. gr.* **si quis autem uestrum indiget sapientiam** (-ciam Z*), *cf.* si quis (q *ex* c O; siquis *uno uerbo* 5) au. (*om. Aug.* (*sexies*) *Prosp. Leo Fulg.*) u. (*om. Aug.* (vi. 362, x. 575) *Prosp. Fulg.*) ind. sapientia (-cia OWZ^c) B^{c}FΘIOUWZ^c *vg. cod. caraf. c dem. diu. p Innocent.* (*P. L.* xx. 574) *Aug.* (*semper*) *Prosp.* (*P. L.* li. 259) *Leo* (*P. L.* liv. 304) *Fulg.* (*P. L.* lxv. 634) *Baed.* (*hic* $\frac{6}{8}$ *et P. L.* xci. 946), si quis au. u. ind. sapientiae *Bentl. s, et gr.* εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας: si cui u. deest sapientia (*sine* au.) *ff*. **postulet** (-tolet I*), *gr.* αἰτείτω: petat *ff s.* **a deo qui** (i *in ras. scr.* O; quia *ff*) **dat**, *cf. ord. gr.* A παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ διδόντος: *gr. paene omn.* > π. τ. διδ. Θ. **affluenter** (afl. CDFGHT; adfluent^{e}s L) *et* abundanter *s*: simpliciter *ff*; *gr.* ἁπλῶς. **inproperat** (imp. KOUW *vg.*): improbat *dem.*; *gr.* ὀνειδίζοντος. **qui . . . inproperat**: *om. Prosp.* **ei** *etiam Aug.* (*saepissime*), *gr.* αὐτῷ: illi *ff Aug.* (vi. 381, x. 117).

6. **postulet** (-tolet I*), *gr.* αἰτείτω: petat *ff Isid.* (*P. L.* lxxxiii. 675). **autem** (δέ): ergo *deinde* + unusquisque *Isid. sine auct. gr.* **nichil** BOW. **haesitans** (hes. CGOUW, aes. TZ^c, es. Z*, ess. D) *et* dubitans *ff Isid. cum gr. paene omn.* διακρινόμενος: *gr.* 68 ἀπιστῶν ὅτι λήψεται *apud latinos non redditur—cf.* Marc. xi. 24 || Matt. xxi. 22 *et uers.* 7 *infra.* **qui enim** (autem FHΘK O*Z *dem.*) **haesitat** (hes. CGIOUW, aes. T, ess. D), *gr.* ὁ γὰρ διακρινόμενος: q. autem dubitat *ff*, *cf.* nam q. dubitat *Isid.* **similis est**: assimiletur *s*; *gr.* ἔοικεν. **fluctui**, *cf.* undae *s Isid.*, *et gr.* κλύδωνι: tempestati (-tate I*; + al fluctui $\Theta^{mg.}$) CHΘIT *dem.* **qui** (quae CHΘ *dem. s*, que T; que *ex* qui L) **a uento mouetur et circumfertur** (circun. 5), *gr.* ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ: qui a u. fertur et defertur *ff*; quae a u. fertur atque dispergitur *Isid.*

7. **non ergo**, *cf.* ne ergo *p**, ne enim CT, *et gr. omn.* μὴ γάρ: nec *ff*. **aestimet** (est. DGUW), *cf.* existimet HΘO *p^c*, extimet C *t*, *et gr.* οἰέσθω: speret se *ff*. **homo ille** *cum ord. gr.* ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος: > ille homo *dem. diu. t contra ord. gr.* **quod** (ὅτι): quoniam *ff*; *deinde* + non *t sine auct. gr.* **accipiat** (+ homo ille D*): accipiet *Bentl. ff s et gr. omn.* λήμψεται. **aliquid** *cum gr. plur.* τι: *om. s cum gr.* $\aleph C^{*\,ut\,udtur}$ 36. 100. **a domino** *cum gr. paene omn.* παρὰ (70 κατὰ) τοῦ (36. *al.*[7] *om.*) κυρίου: *gr.* $A^{*\,ut\,udtur}$ π. τ. Θεοῦ *apud latinos non redditur*; *gr.* 95* *omnino om.*

[8] uir duplex animo inconstans in omnibus uiis suis
[9] glorietur autem frater humilis in exaltatione sua
[10] diues autem in humilitate sua quoniam sicut flos faeni transibit
[11] exortus est enim sol cum ardore et arefecit faenum et flos eius decidit et decor uultus eius deperiit
ita et diues in itineribus suis marcescet.
[12] Beatus uir qui suffert temtationem quia cum probatus fuerit accipiet coronam uitae quam repromisit deus diligentibus se
[13] nemo cum temtatur dicat quoniam a deo temtatur deus enim intemtator

---

8. **uir** = ἀνήρ: homo *ff*; *gr.* 33 *add.* γάρ, *non autem latt.* **duplex animo** *etiam Baed.* (*hic*), *gr.* δίψυχος: duplici animo FG *Baed.* (*P. L.* xci. 94, 978); duplici corde *ff*. **inconstans** *sine addit.* ACFH*ILTZ* *ff s Orig.* (*int. exod. hom.* viii. 4) *Cassian.* (*inst.* vii. 15) *Baed.* (*hic* ⅜) *cum gr. omn.* ἀκατάστατος *tantum*: + est *codd. plur. vg. cod. caraf. Bentl. c dem. diu. p t Cassiod.* (*P. L.* lxx. 97) *Baed.* (*hic* ⅝ *et P. L.* xci. 94, 978).

9. *Ad init.* + non *t sine auct. gr.* **frater**: *gr.* B *om., non autem latt.* **exaltatione** (-cione O; exultatione GIL *p*), *gr.* ὕψει: altitudine *ff*.

10. **diues** (-uis Z*) **autem**, *gr.* ὁ δὲ πλούσιος: locuples au. *ff*. **in humilitate** (humiliatione D) **sua** = ἐν τῇ ταπεινώσει (137 πίστει) αὐτοῦ: in humilitatem suam L. **diues . . . sua**: *om. t sine auct. gr.* **sicuti** C. **foeni** DUV *vg.*, feni BGILOWZ*. **transibit** (-idit 5), *et* transiet CT *ff* (*cf. Neue-Wagener* '*Formenlehre*' III. *pp.* 326 *seqq.*) *cum gr. omn.* παρελεύσεται: transiuit HΘ*I, *cf.* transiit Z.

11. **exortus** (exhor. CIK) **est** *et gr.* ἀνέτειλεν: exoritur (exor *tantum* Z*) Z; orietur *ff*, *cf. Columban.* (*infra*). **enim** = γάρ: autem *t*. **ardore** (τῷ καύσωνι): aestu *deinde* + suo *ff sine auct. gr.* **arefecit** (arae. I, efecit *arte in ras. scr.* G, *inter* f *et* e *sec. ras.* 1 *lit.* L), *gr.* ἐξήρανεν: arescit D *Columban.* (*infra*); siccat *ff*. **foenum** D *vg.*, fenum GILOUWZ*. **eius** *pr.*: *gr.* 69 *om., non autem latt.* **decidit** (desc. L; decedit Z*) = ἐξέπεσεν: cadit *ff*. **et decor**: *in ras. scr.* O. **decor uultus eius**, *gr.* ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ (B *om.*): dignitas facie ipsius *ff*. **deperiit** (deperiet Z) = ἀπώλετο: deperit D *s Columban.* (*infra*) *Baed.* ⅛; perit *ff*. *Libere citat Columban.* (*P. L.* lxxx. 284) 'orto sole arescit fenum et flos deperit'. **ita** (οὕτως): sic *ff*. **diues** (-is Z*), *gr.* ὁ πλούσιος: locuples *ff*. **in itineribus** (iten. D, *in ras. scr.* O) **suis** (*in ras. scr.* O) = ἐν ταῖς (64 τῷ) πορείαις (30 εὐπορείαις; 64 πλούτῳ) αὐτοῦ: in actu suo *ff*. **marcescet** (-cesset W, -ciscet Z*) = μαρανθήσεται: marcescit CDFGHΘ*ILTU* *ff s t Martin.-Pap.* (*P. L.* lxxxvii. 132) *Baed.* ⅛. > m. in it. s. U *contra ord. gr.*

12. **uir** *cum gr. plur.* ἀνήρ: *gr.* A 70. 104 ἄνθρωπος; *om. Chromat.* (*P. L.* xx. 362). **qui** = ὅς: quia *ff**; quis *ff*[1]. **suffert** *etiam Hieron.* (ii. 325), *cf.* sustinet *Hieron.* (vi. 829), *cum gr. plur.* ut uidtur ὑπομένει *hoc accentu*: sustinuerit *ff Chromat. cum gr.* KLP *al. mu.* ὑπομενεῖ. temptationem BDFGΘIKUVWZ, temptacionem O, tentationem *vg.*, tenptationem L. **quia** (ὅτι): quoniam BFKOUVWZ *vg. cod. caraf. Bentl. c ff p Chromat. Elig.* (*P. L.* lxxxvii. 532) '*Defensor*' (*P. L.* lxxxviii. 602) *Baed.* **cum** (quum ΘT; dum *t*) **probatus fuerit**, *cf.* conprobatus f. Z*: probatus factus *ff*, *cf.* beatus factus *Chromat., et gr.* δόκιμος γενόμενος (K γινόμενος). **accipiet** (et *in ras. scr.* O) = λήμψεται: accipiat Θ. **uite** OWZ*. **quam** (ὅν): quia O*. **repromisit** (repromisis G) *et* promisit (-missit D) D *Chromat. cum gr. omn.* ἐπηγγείλατο: promittet *ff*. **deus** *cum gr.* 4. *al.*[4] ὁ Θεός: *om. ff cum gr.* ℵAB; *gr.* (C)KLP *al. pler.* ὁ κύριος *apud latinos non reduntur*. **diligentibus** (deleg. D) **se**, *gr.* τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν: > eis (iis *Chromat.*) qui eum diligunt *ff Chromat.*

13. *Ad init.* + karissimi *t* (*ad init. pericopes*). **naemo** C, **namo** Z*. **cum** (*etiam* C, quum ΘT) **temtatur** (tempt. *codd. omn.*, tent. *vg.*; temtator *t*): qui temptatur *ff*; *gr.* πειραζόμενος. **quoniam** *etiam Aug.* (v. 341, x. 719) *Baed.* ⅝, *gr.* ὅτι: quia F *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1377) *Baed.* ⅔; quod *Aug.* (v. 334) *Baed.* ⅛. **temtatur** (tempt. ACDFLO TZ, tent. *vg.*; temptetur I*W) *etiam Aug.* (v. 334, 341): temptor (temt. G*, ŏr *in ras. scr.* B, or *in ras.* 4 *litt. scr.* ΘU; tempter H°) BGHΘK UV *cod. caraf. Bentl. c Hieron.* (ii. 325) *Aug.* (x. 719) *cum gr. omn.* πειράζομαι. **deus enim** *etiam Aug.* (v. 341, x. 719), *cf.* > nam d. *Aug.* (x. 42), *et gr.* ὁ γὰρ Θεός: d. autem (*in ras. scr.* U) BO[gloss.] KUV *ff Uigil.* (*Uarim.* i. 24); d. *tantum Eucher.* (*instr.* 1, *de ep. iac.*). **intemtator** (intempt. *codd.*, intent. *vg.*, intemptatur Z*; temptator G)

malorum est
ipse autem neminem temtat
14 unusquisque uero temtatur
a concupiscentia sua
abstractus et inlectus
15 dein concupiscentia
cum conceperit parit
peccatum
peccatum uero cum consummatum fuerit generat
mortem.
16 Nolite itaque errare fratres
mei dilectissimi
17 omne datum optimum
et omne donum perfectum
de sursum est descendens
a patre luminum
apud quem non est transmutatio

---

malorum est : > m. temptator non est *ff*; *gr. omn.* > *ἀπείραστός ἐστιν κακῶν*. **ipse** (ipsi Z*; deus *ad init. pericopes Orig.* (*int. matt. comm.* xiii. 24) *Aug.* (*saepissime*) *Iulian.-Tol.* (*P. L.* xcvi. 614 *bis*)) **autem** (*om. Orig. Aug.* (*saepissime*) *Iulian.-Tol.*) **neminem** (-en Z*) **temtat** (*cum* H, tempt. *codd. plur.*, tent. *vg.*), ipse enim (*in ras. scr.* U) n. temptat DKOUVW *c t*, *et* et ipse n. t. *Eucher.*, *contra ord. gr.*: > temptat ipse n. (*sine* au.) *ff cum ord. gr. πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα.*

14. **unusquisque** (hun. C) **uero** *etiam Aug.* (x. 719, 936), *cf.* un. autem *ff Aug.* (v. 341) *Gelas.* (*P. L.* lix. 119), *et gr. omn. ἕκαστος δέ*: un. enim *Aug.* (*sexies*) *Cassian.* (*conl.* v. 4); > sed un. *Orig.* (*int. matt. comm.* xiii. 24); un. *tantum* D *Aug.* (*quater*). **temtatur** (*cum* H, tempt. *codd. plur.*, tent. *vg.*; temptator G) *cum gr. omn. πειράζεται*: *om. s.* **a concupiscentia** (-cia GW) **sua**, *cf.* in concupiscentiis suis *Orig.*: > a sua concupiscentia *ff et* > a propria c. *Cassian. cum ord. gr. omn. ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας.* **abstractus** (-tratus Z°) **et inlectus** (ill. OW *vg.*, *et* i *in ras. scr.* O) = *ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος*: abducitur et eliditur *ff*.

15. **dein** (dein. *cum puncto* C) *etiam Baed.* $\frac{1}{8}$, *gr. εἶτα*: deinde GHΘ*LOT*WZ *vg. cod. caraf. Bentl. Tisch. c dem. diu. ff p Aug.* (*septies*) *Cassian.* (*conl.* v. 4) *Gelas.* (*P. L.* lix. 119) *Martin.-Pap.* (*P. L.* lxxxvii. 129); dehinc AD *Hieron.* (ii. 325) *Baed.* $\frac{7}{8}$; tunc *s*$^{ut\ udtur}$; quia *libere Aug.* (viii. 885). **concupiscentia** (-cia W): + sua L* *sine auct. gr.* **cum** (quum ΘT) **conceperit** *etiam Fulg.* (*P. L.* lxv. 307), *cf.* cumceperit G*; dum concepta fuerit *libere Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1377 *comm.*) *et* > cum f. concepta *Cassian.*; concipit et *ff*; concipiens *libere Fulg.* (*P. L.* lxv. 174) *cum gr. omn. συλλαβοῦσα*; *euan. s.* **parit** (pariet GLI; parat B*), *gr. τίκτει*: producit *libere Cassiod.* **peccatum** (e *ex* c Θ; *om. s*) **uero** (ero A*) *etiam Hieron.* (*tract. de ps.* l) *Aug.* (v. 341, x. 719), *cf.* p. autem *ff Orig.* (*int. leu. hom.* xii. 3) *Hieron.* (ii. 325) *Aug.* (iii. 1. 278, v. 335), *et gr. omn. ἡ δὲ ἁμαρτία*: p. *tantum* D* *Baed.* $\frac{3}{8}$. **cum** (quum Θ) **consummatum** (-sumatum GLO) **fuerit** (fuerat K*) *et* > cum f. cons. *Cassian.*: cons. *tantum ff Fulg.* (*P. L.* lxv. 174 *libere*); *gr. ἀποτελεσθεῖσα.* **generat** (*ἀποκύει*; 40 *al.*^{4} *ἀποκυεῖ*): genuit *libere Fulg.* (*P. L.* lxv. 174); adquirit *ff Chromat.* (*P. L.* xx. 349 *libere*).

16. **nolite itaque errare** *et* > n. err. it. *dem.*, *cf. gr.* 13 *μηδὲ πλανᾶσθε*: n. err. *tantum* BU*Z *Bentl. ff Hieron.* (ii. 301) '*Prosp.*' (*P. L.* li. 682) *Fulg.* (*P. L.* lxv. 626), *cf. gr. paene omn. μὴ πλ.* **dilectissimi**: dilecti Z *ff i Hieron.* '*Prosp.*' = *ἀγαπητοί*; *om.* I° *Fulg.*

17. **omne** (= C, e *in ras. scr.* O, omnem Z*; + enim *Aug.* (v. 142) *Prosp.* (*P. L.* li. 87; *non autem* 259) *Leo* (*P. L.* liv. 153) *Luculent.* (*P. L.* lxxii. 815; *non autem* 839, 857) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxix. 561, *non autem* 150), + quippe *Aug.* (ii. 694)) **datum optimum** (obt. LTZ, hobt. C) *etiam Aug.* (*paene semper*): omne (+ enim *Cassian.*) d. bonum *Orig.* (*int.* iv. 654) *Hieron.* (ii. 301) *Aug.* (v. 1297) *Cassian.* (*inst.* xii. 10, *conl.* iii. 16, xiii. 3) *Ruric.* (*ep.* ii. 15) *Gennad.* (*P. L.* lviii. 992) *Caesar.* (*serm.* ccxxvi. 6; *P. L.* lxvii. 1150) '*Isid.*' (*P. L.* lxxxiii. 1238) *Uenant.* (*P. L.* lxxxviii. 320), *cf.* omne donum bonum *Bonifac. II-Pap.* (*P. L.* lxv. 33) *et Capitula* CT (*supra p.* 234); omnis datio bona *ff*; *gr. πᾶσα δόσις ἀγαθή.* **et omne donum perfectum** *cum ord. gr. omn. καὶ πᾶν δώρημα τέλειον*: > et omnis perfecta donatio *Hieron.*; *om. Ruric.* **omne** *pr.* . . . **perfectum**: omne donum optimum *libere* '*Praedest.*' (*P. L.* liii. 649). **de** (a *Ruric.*) **sursum** (sussum D; desursum *uno uerbo vg.*), *gr. ἄνωθεν*: *om. Aug.* (v. 1141, *non autem alibi*). **est** *cum gr. omn. ἐστιν*: *om.* Z* *ff Ruric.*; + enim *Aug.* (ix. 299) *sine auct. gr.* **omne** *pr.* . . . **est** *pr.*: *in ras. scr.* B. **descendens** (disc. DLZ*) = *καταβαῖνον* (A 13 *-ων*; 27. 29. 66** *κατερχόμενον*): descendit *ff Ruric.* (*infra*). **a patre**, *gr. ἀπὸ* (K 5. *al. fere*^{15} *παρὰ*) *τοῦ πατρός*: de p. *Ruric.* (*infra*). **luminum** (-mimum Z*) = *τῶν φώτων*: luminis G*; gloriae *libere* '*Praedest.*' > de pat. l. descendit *Ruric. contra ord. gr.* aput GH*ILTZ. **transmutatio** (-mutacio O, -motatio D, trasmutatio H) *etiam Aug.* (v. 769, 1141, vi. 362), *gr. παραλλαγή*: permutatio *ff*; commutatio *Orig.* (*int. num. hom.* xviii. 1) *Aug.* (*septies*) *Apring.*

mutatio nec uicissitudinis
obumbratio
18 uoluntarie genuit
nos uerbo ueritatis
ut simus initium aliquod
creaturae eius
19 scitis fratres mei dilecti
sit autem omnis homo
uelox ad audiendum
tardus autem ad loquendum
et tardus ad iram
20 ira enim uiri iustitiam dei
non operatur.
21 Propter quod abicientes
omnem inmunditiam
et abundantiam malitiae
in mansuetudine suscipite
insitum uerbum

(*in Apoc.* i. 5) *Beat.* (*in Apoc.* i. 5); immutatio *Aug.* (v. 142, vii. 287, ix. 299); demutatio *Hil.* (*P. L.* x. 101); differentia *Hieron.* **nec** : uel *ff*; aut *Hieron.*; *gr.* ἤ. **uicissitudinis** (uicess. L; uicissitudinum D; cissitudiñis *euan. s*) **obumbratio** (hob. C, obumbracio O; *euan. s*), commutationis umbra *Orig.* (*int. num. hom.* xviii. 1), *et* auersionis obumbraculum *Hieron.*, *cum gr. plur.* τροπῆς ἀποσκίασμα: momenti obumbratio *Aug.* (*semper*) *Fulgent.* (*P. L.* lxvii. 931) *legentes ut udtur* ῥοπῆς ἀποσκίασμα (*ut coniecit Tisch.*$^{gr.}$ *ad loc.*); modicum obumbrationis *ff legens ut udtur* ῥοπὴ ἀποσκιάσματος (*ut coniecit Wordsworth* '*Studia Biblica*', I, *p.* 138), *cf. gr.* ℵ*B τροπῆς ἀποσκιάσματος.

18. **uoluntarie** (-iae ABF^{c}HΘILTZ, e *in ras. scr.* U, uo||luntariae G, uolumptariae C): uolens *ff Hieron.* (ii. 301) *et gr.* βουληθείς; *deinde* + enim ABIKOVWZ*Ϛℌℭ *Tisch. c* '*Prosp.*' (*P. L.* li. 682) *Baed.* (*hic et P. L.* xci. 874) *cum gr. min.*^{5} *qui add.* γάρ—*cf. p* (*infra*) *et Luc. Brug.* '*Non omittas coniunctionem* enim', + quippe *Aug.* (ii. 445, iv. 670; *non autem* ii. 505, iii. 2. 29). **genuit**, *gr.* ἀπεκύησεν (69 ἐποίησεν): generauit *s*; peperit *ff*; *deinde* + enim *p*. > nos genuit *Bachiar.* (*P. L.* xx. 1058) *contra ord. gr.* **uerbo** (uerbum Z*) = λόγῳ: in uerbo *Bachiar.* **initium** (-cium OZ*; *om.* L) **aliquod** (aliquid Z* *p** *s*) *cum gr. paene omn.* ἀπαρχήν τινα, *et* > aliquod in. A *Uigil.* (*Uarim.* i. 8): primitiae *tantum ff Hieron. cum gr.* 81. 95* ἀπαρχ. (*sine* τινα). **creaturae** (-re LO (*in ras. scr.*) W) **eius**: creaturarum eius *Hieron.*; conditionum eius *ff*; *gr.* τῶν αὐτοῦ (ℵ^{c}ACP 105 ἑαυτοῦ) κτισμάτων. *Libere citat Iren.* (*int.* V. i. 1) '*facti autem initium facturae*'.

19. **scitis** (-tes L) *cum gr.* ℵ^{c}ABC 73. 83 ἴστε: scitote *ff cum gr.* ℵ* ἴστω; *gr.* KLP *al. pler.* ὥστε *apud latinos non redduntur*; *gr.* 42. 47 *om., non autem latt.*; *deinde* + autem ΘO *cum gr.* A *qui add.* δέ, + enim *c*. **dilecti** ADFG* *Bentl. Tisch. ff s t Baed.* $\frac{2}{8}$ *et gr.* ἀγαπητοί: dilectissimi *codd. plur. vg. cod. caraf. c dem. diu. p Baed.* $\frac{6}{8}$. *gr.* 13. 22 > ἀγαπητοί μου ἀδελφοί, *non autem latt.* **sit autem** (+ a *eras.* Z) *etiam Aug.* (ii. 715, v. 854, vi. 132) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxv. 800), *cf.* s. uero *m* (*bis*), *cum gr.* ℵBCP* 83 ἔστω δέ: s. *tantum Bentl.** *Aug.* (i. 2, ii. 899, iii. 2. 658) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 998) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxvii. 74, 1055, 1108) *cum gr.* KLP^2 *al. pler.* ἔστω (*sine* δέ); *gt.* A 13 καὶ ἔστω *apud latinos non redduntur*; *om. omnino* I*. **omnis** (o *ex* u Z): *om. diu.** **uelox** (ταχύς): citus *Cassian.* (*conl.* xiv. 9); citatus *m* (*bis*). **ad audiendum**, *gr.* εἰς τὸ ἀκοῦσαι: audire *m* (*bis*). **tardus autem** *etiam Aug.* (*quinquies*), *cf.* et t. *dem. m* (*bis*), *contra gr.*: t. *sine addit.* I (*Bentl.*) *Aug.* (ii. 715) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 998) *cum gr.* βραδύς *tantum.* **ad loquendum**, *gr.* εἰς τὸ λαλῆσαι: loqui *m* (*bis*). **et tardus**, *cf.* t. autem *ff*, *contra gr.*: t. *tantum* (*Bentl.*) *et* piger *tantum m cum gr.* βραδύς. **ad iram**, *cf.* ad iracundiam (iracond. D) DG *ff s t Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1377 *comm.*), *et gr.* εἰς ὀργήν: ad irascendum L; in iracundia *m*.

tardus *pr.* . . . .^{20} **operatur** : *in ras. scr.* B.

20. **ira enim** *etiam Hieron.* (*ep.* lxxix. 9) *Aurel.-Arel.* (*P. L.* lxviii. 390) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxvii. 1108), *cf.* iracundia (iracon. D) en. DG *ff m s Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1377 *comm.*), ira quippe *Hieron.* (vii. 637), quia ira *ad init. pericopes Cassian.* (*inst.* viii. 1) *Caesar.* (*ad sanct. epp.* i. 4), *et gr. omn.* ὀργὴ γάρ: ira *tantum Hieron.* (ii. 733, vii. 699) *Caesar.* (*sermm.* clvi. 6, ccxxxv. 6; *P. L.* lxvii. 1100) *Aurel.-Arel.* (*P. L.* lxviii. 401) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxv. 724, lxxvii. 1055) '*Isid.*' (*P. L.* lxxxiii. 1169) *Paulin.-Aquil.* (*P. L.* xcix. 229), *cf.* iracundia *tantum Aug.* (ii. 879, viii. 572). **iusticiam** OW. **hoperatur** C.

21. **propter quod** (*om. diu.**), *gr.* διό: et ideo *ff*. **abicientes** (habic. CT, abit. G, abiic. *vg.*, abiec. D), *gr.* ἀποθέμενοι: exponentes *ff*. **omnem** (ne *bis scr.* O*) **inmunditiam** (-ciam OU*Z, immunditiam K *vg.*, immundiciam W) = πᾶσαν ῥυπαρίαν: omnes sordes *ff*. **et abundantiam** (hab. CDG^{c}ILTZ, abundanciam OW) = καὶ περισσείαν (A 13. 68 περίσσευμα): *om.* G*. **malitiae** (-ciae L, -cie OW) = κακίας: militiae B*G. **in** (*bis scr.* O) **mansuetudine** (mansuit. D; mansuetudinem LZ* *Baed.* $\frac{1}{8}$*) = ἐν πραΰτητι: per clemenciam *ff*; *gr.* P + σοφίας, *non autem latt.* **suscipite** (δέξασθε): excipite *ff*. **insitum uerbum**, *gr.* τὸν ἔμφυτον λόγον: genitum u. *ff*; *deinde* +

quod potest saluare animas
uestras
22 estote autem factores
uerbi et non auditores
tantum fallentes uos-
met ipsos
23 quia si quis auditor est uerbi
et non factor
hic comparabitur uiro con-
sideranti uultum natiui-
tatis suae in speculo
24 considerauit enim se et abiit
et statim oblitus est
qualis fuerit
25 qui autem perspexerit
in lege perfecta libertatis
et permanserit in ea
non auditor obliuiosus
factus sed factor operis
hic beatus in facto suo erit.
26 Si quis autem putat se reli-
giosum esse non refrenans

---

dei AD *sine auct. gr.* **quod potest** (post A*) *et gr. τὸν δυνάμενον*: qui potestis *ff*. **salbare** C. **uestras** *et gr. plur. ὑμῶν*: *gr.* L *al. plus*[15] *ἡμῶν apud latinos non redduntur*; *om. dem. sine auct. gr.*

22. *Ad init.* + karissimi *t* (*ad init. pericopes*). **esstote** O. **autem** *etiam Aug.* (v. 854) *cum gr. plur. δέ*: **ergo** *Aug.* (v. 858 *bis*) *cum gr.* 9. 18 *οὖν*; *om. p t Hieron.* (ii. 326) *Aug.* (v. 395) *cum gr.* 105. **fatores** Z[c]. **uerbi** = *gr. paene omn. λόγου*: sermonum *libere Iren.* (*int.* V. i. 1) *et gr.* 36 *λόγων*; *gr.* C[2] 38. 73. *al.*[7] *νόμου, non autem latt.*; *deinde* + dei D, + eius *libere Iren.*, + sui *libere Orig.* (*int. gen. hom.* ii. 6), *sine auct. gr.* **estote . . . uerbi**: *om.* Z* (+ *in mg.* Z[c]). **non auditores tantum** *cum ord. gr.* B *μὴ ἀκροαταὶ μόνον*: > n. solum aud. *libere Orig.* (*int. gen. hom.* ii. 6, *num. hom.* vii. 2) *cum ord. gr. paene omn. μὴ μόνον* (69. 180. *al.*[3] *om.*) *ἀκ.* **fallentes** (falent. L, fallant. O) **uosmet** (-med CI) **ipsos** (uosmetipsos *uno uerbo vg.*), *gr.* παραλογιζόμενοι ἑαυτούς: aliter consiliantes *ff*; *om. plane Hieron.*

23. **quia si quis** (siquis *uno uerbo* Ϛ) *et* quoniam si quis H *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1378 *comm.*) *cum gr. paene omn. ὅτι εἴ* (13 *ἤ*) *τις*, *cf.* quasi quis L *et* quia sicut I: si quis *tantum sui uidetur Hieron.* (ii. 326) *Aug.* (iv. 1286 *ad init. pericopes*) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 839 *ad init. pericopes*), *cf. gr.* A *ἤ τις* (*sine ὅτι*). **auditor est uerbi** *contra ord. gr.*: > aud. u. est *ff cum ord. gr. paene omn. ἀκροατὴς λόγου* (83. 105. *al. plus*[11] *νόμου*) *ἐστίν*; > est aud. u. *Aug. cum ord. gr.* L *ἐστ. ἀκ. λ.* **hic** (hi L*), *gr. οὗτος*: iste *Hieron.* **comparabitur** (conpar. ACDF*GHΘLTZ, comp. O), *gr. ἔοικεν*: aestimabitur *s*; similis est *Hieron. et* > est s. *ff*, *cf.* fit s. *libere Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1378 *comm.*). **uiro** = *ἀνδρί*: homini *ff*. **consideranti** (consyd. Ϛ, i *sec. in ras. scr.* O), *cf.* respicienti *ff*, *et gr.* κατανοοῦντι: qui considerat *Hieron.* **uultum** (*τὸ πρόσωπον*): faciem *ff*. **natiuitatis** (na||t. K, u *ex* s L) **suae** (sue IOW), *gr. τῆς* (70* *om.*) *γενέσεως* (70* *om.*) *αὐτοῦ*: natali sui *ff*.

24. **considerauit** (consyd. Ϛ; considerabit T *t*), *gr. κατενόησεν*: aspexit *ff*. **enim** = *γάρ*: autem F; *om. ff Hieron.* (ii. 326). **se** (+ ipsum D) = *ἑαυτόν*: illud *Hieron.* **et** (+ *ras. circa* 3 *litt.* L) **abiit** (hab. CLTZ) **et statim**, *gr. καὶ ἀπελήλυθεν καὶ εὐθέως*: et recessit et in continenti *ff*; > et statim recedens *Hieron.* **hoblitus** C. **est**: + *ras. circa* 6 *litt.* L. **fuerit** (*ἦν*): fuerat *s*; erat *ff*; sit *Hieron.*

25. **qui autem perspexerit** (prespexerit T *t*; prospexerit I), *cf.* q. au. perspexit D *s*: q. au. respexit *ff*; *gr. ὁ δὲ παρακύψας*. **in lege perfecta** (*om.* V*) **libertatis**, *cf.* in legem perfectam (perfectum *s*) lib. (*om. Cassiod.*) CH*ΘT℄ *cod. caraf. Bentl. dem. p* s t Aug.* (iv. 1286, x. 156) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 839) *Baed.* ⅛*, *et* in legem (regem *ff**) consummatam lib. *ff*, *cum gr. omn. εἰς νόμον τέλειον τὸν* (*min.*[6] *om.*) *τῆς ἐλευθερίας*: in lege perfectae (-te LOW) lib. B[c]LOUWϚ℔Ş *diu.*[c] *p*[c] *Baed.* ⅛; *adnotat Luc. Brug.* 'In legem perfectam libertatis. *Accusatiui* legem perfectam, *non sunt mutandi, prior in ablatiuum* lege; *posterior in genitiuum* perfectae, *quomodo plerique legunt*: in lege perfectae libertatis.' **et**: *om.* O*. **permanserit**, *cf.* permansit O: perseuerans *ff et gr. παραμείνας*; *deinde* + auditor Z[c] (*uide infra*). **in ea**: *om.* BCFHΘILTUZ *Bentl. Tisch. dem. diu. ff p* s t Aug.* (iv. 1286) *Cassiod. cum gr. omn.*; *deinde gr.* KLP *al. pler.* + *οὗτος, non autem latt.* **auditor** (*om.* Z*, *deinde* + *post* permanserit *supra* Z[c]) = *ἀκροατής*: audiens *ff*. **obliuiosus** (hobliu. C, oblib. T, obliniossus D) *cum gr.* 1**. 9. *al.*[4] *ἐπιλήσμων*: obliuionis *ff cum gr. plur. ἐπιλησμονῆς*. **factus** *cum gr. omn. γενόμενος* (31* *γινόμ.*, 40 *γενάμ.*): *om. Fulg.* (*P. L.* lxv. 339) *Baed.* ⅛. **sed**: *gr.* 13 + *ἀκροατὴς νόμου καί, non autem latt.* **operis** (hop. C) = *ἔργου*: operum *ff*. **beatus in facto suo erit** *cum ord. gr. μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται*: > b. er. in operibus suis *ff contra ord. gr.*

26. *Ad init.* + karissimi *t* (*ad init. pericopes*). **siquis** *uno uerbo* Ϛ. **autem** *cum gr.* CP 13. 31 *δέ*: *om. m t Caesar.* (*ad sanct. epp.* i. 4) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxv. 800, lxxvii. 74) *cum gr. plur.* **se** (*in ras.* 3 *litt. scr.* Z[c]) **religiosum** (releg. L,

linguam suam sed seducens
cor suum
huius uana est religio
27 religio munda et in-
maculata apud deum et pa-
trem haec est
uisitare pupillos et uiduas
in tribulatione eorum
inmaculatum se custo-
dire ab hoc saeculo.
II. 1 Fratres mei nolite in perso-
narum acceptione habere
fidem domini nostri iesu christi
gloriae
2 etenim si introierit in con-
uentu uestro uir aureum
anulum habens in ueste
candida
introierit autem et pauper
in sordido habitu
3 et intendatis in eum qui in-
dutus est ueste praeclara
et dixeritis tu sede
hic bene

relegiossum D) esse *et* > superstitiosum se esse *m sine addit. cum gr.* ℵABCP 27. 73. *al.*[3] *θρησκὸς εἶναι tantum*: *gr.* KL *al. pler.* + *ἐν ὑμῖν* (*et* 42. *al. pauc.* > *θρ. ἐν ὑμ. εἶναι*), *non autem latt.*; *deinde* + et *t sine auct. gr.* **refrenans** (refraen. DϚ), *gr.* χαλιναγωγῶν (B χαλινῶν): infrenans *ff.* **sed**: set *in ras. scr.* O. **seducens** (*ἀπατῶν*): fallens *ff m.* **est religio** (releg. VZ): > religio (releg. D) est D *m*; *gr. ἡ θρησκία tantum.*

27. **religio** (releg. DV, rereg. Z*), *gr. θρησκία*: sanctitas *m*; *deinde* + autem AD *ff m Baed.* (*hic* $\frac{6}{8}$ *et P. L.* xci. 407) *cum gr.* 8[pc] *qui add. δέ*; *gr.* A 70. 83. 123 + *γάρ*, *non autem latt.* **munda** (*καθαρά*): pura *m.* **inmaculata** (imm. BKOW *vg.*), *gr. ἀμίαντος*: incontaminata *m.* **apud** (-ut GHIT) **deum et patrem** *etiam Baed.* (*hic*) *cum gr. plur. παρὰ* (ℵ[c]ABC*P *al. plu.* + *τῷ*) *Θεῷ καὶ* (A + *τῷ*) *πατρί*: apud d. p. *tantum* G* *m* (*infra*) *Baed.* (*P. L.* xci. 407) *cum gr.* 99. *al.*[4] *παρὰ τῷ* (177* *om.*) *Θ. π.* (*sine καί*); apud dominum *tantum ff*; *om. omnino Iulian.-Tol.* (*P. L.* xcvi. 714). > haec est apud deum patrem *m contra ord. gr.* hec OW. **uisitare** D. **pupillos** (pop. Z; pusillos *t*): orfanos *ff m*; *gr. ὀρφανούς.* **et** *tert.* (*καί*): ac *Baed.* (*P. L.* xci. 407). **in tribulatione** (-cione O; tribulationibus Z) **eorum** (*om. Baed. hic* $\frac{2}{8}$), *gr. ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν*: in angustia ipsorum *m*; *deinde* + et ABᶜDH[c]I[c]LOTUWZ *vg. cod. caraf. Tisch. c dem. diu. m p t 'Isid.'* (*P. L.* lxxxiv. 445) *Baed.* (*hic et P. L.* xci. 407) *Iulian.-Tol. sine auct. gr.* **inmaculatum** (imm. BKW *vg.*) **se custodire** *et* inm. se seruare *m cum ord. gr. omn. ἄσπιλον ἑαυτὸν* (180 *αὐτόν*; A *σεαυτόν*) *τηρεῖν*: > immaculatum custodire se O; > seruare se sine macula *ff.* **ab hoc saeculo** (sec. OWZ*Ϛ): a seculo *ff et* a mundo *m*; *gr. ἀπὸ* (CP *ἐκ*) *τοῦ κόσμου.*

et quoniam omne mendacium
ex ueritate non est
22 quis est mendax
nisi is qui negat quoniam iesus
non est christus?
hic est antichristus
qui negat patrem et filium.
23 Omnis qui negat filium

---

lxxvi. 64) *Baed.* (*P. L.* xcii. 809), *et gr. omn.* *μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν, cf. etiam* > utique mansissent n. *Baed.* (*hic*) *et* > nouiscum utique mansissent *Cypr.* (*test.* iii. 78 *cod.* M): mansissent nobiscum (*sine* utique) *Cypr.* (*test.* iii. 78 *cod.* L, *cath. eccl.* 9, *epp.* lviiii. 7, lxviiii. 1, lxx. 3) *Optat.*, *cf.* > n. mansissent *Ambr.* (*ps.* xl. 17, *luc.* vii. 172) *et* > n. perseuerassent *Ambr.* (*ps.* xxxvi. 49). **sed**: + ideo egressi sunt a nobis *Orig.* (*int. ierem. hom.* iii. 3 = *Hieron.* v. 776) *sine auct. gr.* huti C. **manifesti** (manifestis O*) **sint**, manifesti (manifestâ D) fiant DF, manifestarentur *Iren. Aug.* (iii. 2. 845), ostenderentur *Orig.* (*int. ierem. hom.* iii. 3 = *Hieron.* v. 776, *sed* ostenderetur *legit Uall.*), *et gr. paene omn.* *φανερωθῶσιν*: palam fiat Z, praesto fiat *h*, *et gr.* 69 *φανερώθῃ*. **quoniam** (*ὅτι*): quia *Orig.* (*int. ierem. hom.* iii. 3 = *Hieron.* v. 776); quod *Aug.* (iii. 2. 845). **non** (*def. h*; *om.* Z) **sunt** (sint W; *def. h*; *in ras. scr.* U) **omnes** (omnis $Z^{c\,ut\,udtur}$) *cum gr. omn.* *οὐκ εἰσὶν πάντες*, *cf.* n. erant omn. *Orig.* (*int. ierem. hom.* iii. 3 = *Hieron.* v. 776) *et* > n. omn. erant *Aug.* (iii. 2. 845): n. sunt *tantum* U *Iren.*

20. **sed**: et Z *h Bentl. Hieron.* (iv. 689, vi. 654) *Aug.* (iii. 2. 845) *cum gr. omn.* *καί*. **unctionem** (hunc. C, n *sec. ex* m O), *gr.* *χρῖσμα*: unguentum *Hieron.* (iv. 689, vi. 654). **habetis** = *ἔχετε*: accepistis $C^{mg.}$ Z *h*. **et nostis** (*def. h*) **omnia** (a *in ras. scr.* Θ) *et* et scitis omnia Z *cum gr.* ACKL *al. pler.* *καὶ οἴδατε πάντα*: ut ipsi uobis manifesti sitis *Aug.* (*in medio pericopes*), *cf. gr.* ℵBP 9 *καὶ* (B *om.*) *οἶδ. πάντες*.

21. *Ad init.* + quia F *sine auct. gr.* **non** (*in ras. scr.* Θ) **scripsi** (-bsi ACFGIT; scripsimus *Baed.*) **uobis quasi** (*inter* u *et* a *eras.* i Θ) **ignorantibus ueritatem**, *gr.* *οὐκ ἔγραψα ὑμῖν ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἀλήθειαν*: > scribo uobis non quod nescieritis uer. *Aug.* (iii. 2. 845). **sed quasi** (*om.* BZ* $h^{ut\,udtur}$) **scientibus** (sicientibus O*) **eam** (a *ex* u AG): sed quia nostis eam *Aug.* (iii. 2. 845); *gr.* *ἀλλ' ὅτι οἴδατε αὐτήν*. **quoniam** (*ὅτι*): quia *Aug.* (iii. 2. 845). **omne mendacium** (mendat. GLWZ, mandac. O; e *in ras. scr.* K) **ex ueritate non est** *cum ord. gr. omn.* *πᾶν* (C *om.*) *ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστιν*, *cf.* omn. m. de uer. n. sit *libere Pel.* (*in Col.* iii. 9): > omn. m. n. est ex (de *m*) uer. *m Aug.* (iii. 2. 845, vi. 467, 468, 471), *cf.* omn. m. extraneum est et n. est de uer. *Iren.* (*int.* III. xvi. 5).

22. **quis**, *gr.* *τίς*: qui LZ* *Iren.* (*int.* III. xvi. 5); *deinde* + enim *dem. p sine auct. gr.* **nisi**: *inter* n *et* i *pr. ras. parua* A. **is** (his F*IZ *p*) **qui negat** *etiam Aug.* (iii. 2. 845), *gr.* *ὁ ἀρνούμενος*, *cf.* eum qui negauerit *libere Tert.* (*Prax.* 28 *infra*): qui (+ autem *Prisc. semel*) negat (*sine* is) ACΘ*T *Iren. et ad init. pericopes Prisc.* (*tract.* 1 *bis*) *Ambrst.* (*in I Cor.* ii. 2, xv. 14) *Aug.* (iii. 2. 846, 870) *Gelas.* (*epp. impp. pontt.* lxxix. 6), *cf.* qui negant *libere Orig.* (*int. exod. hom.* iii. 2); quicumque confessi fuerit *Beat.* (*in Apoc.* ii. 9). **quoniam** (quia Z, quod *Aug.* (iii. 2. 846 *semel*) *Beat.*) **iesus non est christus** *cum gr. omn.* *ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός*: quoniam (quia *h*) iesus (is *h*) est (*om.* G*) ch. BFGLV*ℵ𝔄 *h Baed.* $\frac{1}{8}$, *cf.* iesum esse christum *Aug.* (iii. 2. 846 *semel*); christum (iesum christum *Prisc. Aug.*) in carne uenisse *Prisc.* (*tract.* 1 *bis*) *Ambrst.* (*in I Cor.* ii. 2, xv. 14) *Aug.* (iii. 2. 870) *Gelas. et* dominum meum christum in carne uenisse *libere Orig.*—*cf.* iv. 2 *et* II Ioh. 7. **hic est antichristus** (antych. C, antech. Z*, añxp̃c D, *antix*p̃s *h*) *etiam Ambrst.* (*in I Cor.* xv. 14) *Aug.* (iii. 2. 870), *cf.* ipse est antich. *Aug.* (iii. 2. 847) *Beat.*, *et* ille est antich. *Aug.* (iii. 2. 846), *cum ord. gr. omn.* *οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος*: > hic antich. est *Prisc.* (*tract.* 1 *bis*); > antich. est (*sine* hic) *Ambrst.* (*in I Cor.* ii. 2). **qui negat** (egat *def.* Z; negant *Baed.* $\frac{1}{8}$*) **patrem** (*def.* Z) *cum ord. gr. omn.* *ὁ ἀρνούμενος* (ℵ* + *καὶ*) *τὸν πατέρα*: > q. p. n. *Baed.* $\frac{1}{8}$. **et**: *om.* O*. **hic est antich. . . . et filium**: > qui negat patrem et filium hic est antichristus *Uigil.* (*trin.* iv). *Libere citat uersum Tert.* 'eos maxime antichristos uocat qui christum negarent in carne uenisse et qui non putarent iesum esse filium dei' (*praescr.* 33), 'mendacem notat eum qui negauerit iesum esse christum' (*Prax.* 28).

23. *Uersum om. Cypr.* (*test.* ii. 27 *cod.* B). **qui negat** (n̄ *h*) **filium** *etiam Cassian.* (*Nest.* iii. 7) *cum gr. omn.* *ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱόν*, *cf.* qui non confitetur f. *Uigil.* (*trin.* iv) *et* qui non crediderit in f. *Lucif.* (*non parc.* 2): qui non habet f. *Cassian.* (*Nest.* vi. 17), *cf.* > qui n̄ f. habet h^c, *et* > qui (+ enim *Prosp.*) f. non habet *Prosp.* (*P. L.* li. 314)

nec patrem habet
qui confitetur filium
et patrem habet.
[24] Uos quod audistis ab initio
in uobis permaneat
si in uobis permanserit
quod ab initio audistis
et uos in filio et patre
manebitis
[25] et haec est repromissio quam
ipse pollicitus est nobis
uitam aeternam
[26] haec scripsi uobis de his
qui seducunt uos
[27] et uos unctionem quam acce-
pistis ab eo maneat in uobis
et non necesse habetis
ut aliquis doceat uos
sed sicut unctio eius docet
uos de omnibus

Auit. (*P. L.* lix. 305). **nec patrem** (patre I*) **habet** (bet *def.* Z; habeat *Lucif.*) *cum gr. omn.* *οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει*: nec filium nec patrem habet *Aug.* (iii. 2. 848); negat et patrem *Ambr.* (*fid.* ii. 15). **qui** (quisque *Pel. in I Thess.* i. 1) **confitetur filium** *etiam Pel.* (*in I Thess.* i. 1) *Cassian.* (*Nest.* iii. 7) *cum gr. omn.* *ὁ ὁμολογῶν τὸν υἱόν*: qui autem confitetur (confitebitur D*) f. CDGOT *m p Prisc.* (*tract.* 1) *Uigil. Baed.* $\frac{1}{8}$, *cf.* qui autem habet f. *Cassian.* (*Nest.* vi. 17), *et* qui uero credit in f. *Lucif.*; et qui confitetur f. *Aug.*, *cf.* sed qui confitetur f. *Cereal.* (*P. L.* lviii. 758). **et** (*om. h*) **patrem habet** *cum gr.* *καὶ τὸν πατέρα ἔχει*: et filium et p. h. *m Cypr.* (*test.* ii. 27, *ad Fort.* 5) *Hil.* (*de trin.* vi. 42) *Faustin.* (*P. L.* xiii. 59) *Prisc. Aug.*, > et p. et filium h. D *Lucif.*, *et* > et filium h. et p. *Cereal.*—*cf.* II Ioh. 9. **qui confitetur ... patrem habet**: *om. per homoioteleuton* Z *cum gr.* KL *al. plu.*

24. **uos** *sine addit. cum gr.* ℵABCP 13. 27. 29. 66** *al.*[6] *ὑμεῖς tantum*: uos autem U *p et gr.* KL *al. pler.* *ὑμεῖς οὖν*, *cf.* > ergo uos *Aug.* (iii. 2. 848). **audistis ab initio** (-cio O) *cum ord. gr. omn.* *ἠκούσατε* (ℵ *ἀκηκόατε*) *ἀπ' ἀρχῆς*: > ab init. aud. *Bentl. Aug.* **in uobis permaneat** (𝔭 *in ras. scr.* O) *et* in u. maneat *Aug. cum ord. gr. omn.* *ἐν ὑμῖν μενέτω*: > permaneat (permanet T) in u. CTZ *h p Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1371). **si** *sine addit.* = *ἐάν tantum*: quia si O𝔖 *et* quod si Z *h ut udtur Aug.*; > si autem G *Baed.* $\frac{1}{8}$. **in uobis permanserit** *et* in u. manserit *Aug. cum ord. gr. omn.* *ἐν* (ℵ* *om.*) *ὑμῖν μείνῃ* (K 95. 105 *μένῃ*): > manserit in u. Z. **ab** (hab C) **initio** (-cio O) **audistis** *cum ord. gr. paene omn.* *ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε*: > aud. ab in. W *vg. cod. caraf. Bentl. cum ord. gr.* ℵ *ἀκηκόατε ἀπ' ἀρχ.* **in filio et patre** (patrem G*) *cum gr.* B *ἐν τῷ υἱῷ καὶ τῷ πατρί*: in f. et in p. *Bentl. dem. p Baed.* $\frac{2}{8}$ *cum gr. paene omn.* *ἐν τῷ υἱῷ καὶ ἐν τῷ π.*; *gr.* ℵ 4. 5. 38. 68. *al.*[3] > *ἐν τῷ π. καὶ ἐν τῷ υἱῷ*, *non autem latt.* **manebitis** (-ites L), *gr.* *μενεῖτε*: permanebitis Z *h.*

25. **et** *cum gr. omn.* *καί*: *om.* Z* *Aug.* (iii. 2. 848, 849). **hec** IOW. **est** *pr.*: *om.* Z*. **repromissio**: promissio AZ* *h*; pollicitatio *Aug.* (iii. 2. 848, 849); *gr.* *ἡ ἐπαγγελία*. **ipse** (ipsi Z*) *et* ille D *p** *cum gr.* *αὐτός*: *om. p*[c]; *deinde* + filius *Baed.* $\frac{7}{8}$ *sine auct. gr.* **nobis** *cum gr. paene omn.* *ἡμῖν*: uobis AFO *Tisch. c** *h Baed.* $\frac{1}{8}$ *cum gr.* B 31* *ὑμῖν*. **uitam** (+ id est spī s̄c̄m C *mg.*) **aeternam** (et. OW) = *τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον*: uita aeterna D.

26. **haec** (hec OWZ*) *sine addit. cum gr. paene omn.* *ταῦτα tantum*: *gr.* ℵ + *δέ*, *non autem latt.* **scripsi** (-bsi F*GI) *cum gr. omn.* *ἔγραψα*: scribo O. **de** (dae G) **his** (is G*, hiis W; eis FG[1]ILU *h p*) **qui** (quod O*) **seducunt uos** *cum ord. gr. omn.* *περὶ τῶν πλανώντων ὑμᾶς*: > de his q. u. s. *Aug.* (iii. 2. 849).

27. *Ad init.* + ut sciatis quia unctionem habetis *Aug.* (iii. 2. 849 *in medio pericopes*) *Hildefons.* (*P. L.* xcvi. 162, *non autem* 138) *sine auct. gr.* **et uos** (*om.* 𝔖) **unctionem** (hunct. C, uncc. Z) **quam accepistis** *etiam Hildefons.* (*P. L.* xcvi. 138) *cum gr. omn.* *καὶ ὑμεῖς τὸ χρῖσμα* (B 10** *χάρισμα*) *ὃ ἐλάβετε* (B* *ἐλάβατε*), *cf.* et uos unctio quam accipistis D, et chrisma (*sine* uos) quod accepistis *Hieron.* (vi. 654), *et* et uos hunctione qua accepistis *t* (*semel*): et nos (*om. Aug.*) unctionem (unctio *Aug.*) quam accepimus *Aug.* (iii. 2. 849) *Uigil.* (*Uarim.* iii. 49) *Hildefons.* (*P. L.* xcvi. 162). **ab eo** *et gr. omn.* *ἀπ' αὐτοῦ*, *cf.* in eo *t* (*semel*): a deo *t* (*semel*); a sancto C *Uigil.* **maneat in uobis** *etiam Baed.* (*hic*), *cf.* permaneat in uobis (nobis *Aug. Hildefons.* (*P. L.* xcvi. 162)) CTZ *h p** *Aug.* (iii. 2. 849) *Isid.* (*P. L.* lxxxii. 270) *Hildefons.* (*P. L.* xcvi. 138, 162), manet in uobis (nobis *Uigil.*) I (*Bentl.*) *Uigil.*, *et ord. gr.* ℵABCP 5. 13. 31. 68 *μένει* (P 13. 31. 68 *μενέτω*) *ἐν ὑμῖν* (A**ut udtur* *ἡμῖν*): > in uobis maneat *Baed.* (*P. L.* xci. 1086), *cf. ord. gr.* KL *al. pler.* *ἐν ὑμῖν μένει* (66**. *al.*[8] *μενέτω*). **et** (*om.* O*) **non** (*om.* O*) **necesse habetis** (ab. C) *cum ord. gr. omn.* *καὶ οὐ χρείαν ἔχετε*: > et nec. non hab. Z *h Isid. Hildefons.* (*P. L.* xcvi. 138); > et non hab. necessitatem *Aug.* (iii. 2. 849). **doceat uos** *cum ord. gr. omn.* *διδάσκῃ* (CKL 13. 31*. *al.*[3] *διδάσκει*) *ὑμᾶς*: > u. d. *Aug.* (iii. 2. 849). **sed sicut** *cum gr. paene omn.* *ἀλλ' ὡς*: sed *tantum Hieron. cum gr.* B 25 *ἀλλά* (*sine ὡς*); quia *Aug.* (iii. 2. 849). **unctio** (hunc. C) **eius** *et* unct. ipsius *Aug.* (iii. 2.

et uerum est et non est
mendacium
et sicut docuit uos manete in eo
28 et nunc filioli manete in eo
ut cum apparuerit habeamus
fiduciam
et non confundamur ab eo
in aduentu eius
29 si scitis quoniam iustus est
scitote quoniam et omnis
qui facit iustitiam
ex ipso natus est.
III. 1 Uidete qualem caritatem
dedit nobis pater
ut filii dei nominemur et sumus
propter hoc mundus non
nouit nos quia non nouit eum
2 carissimi nunc filii dei sumus

843, 849), *cf. gr.* ℵBCP *al. fere*[20] > τὸ αὐτοῦ χρῖσμα (ℵ* 25. 81 πνεῦμα, 10** χάρισμα): ipsum chrisma *Hieron. cum gr.* AKL *al. longe plu.* τὸ αὐτὸ χρ. **docet** *cum gr. omn.* διδάσκει: docebit *Hieron.* **sed sicut . . . docet uos**: *om.* Z. **de omnibus**, *gr.* περὶ πάντων: de omni re *Isid. Hildefons.* (*P. L.* xcvi. 138). **et** *tert.*: *om.* W. **uerum** (ū *in ras. scr.* O) **est** (*in ras. scr.* O) **et** (*in ras. scr.* O) **non** (*in ras. scr.* O) **est** (*in ras. scr.* O) **mendacium** (-tium GLWZ) *et gr. omn.* ἀληθές (ℵ ἀληθής) ἐστιν καὶ οὐκ ἔστιν ψεῦδος (C *ut udtur* P ψευδές): uerax est et non est mendax *Aug.* (iii. 2. 850). **et** *quint.*: *om. Aug.* (iii. 2. 850) *cum gr.* A. **docuit uos** *cum ord. gr. omn.* ἐδίδαξεν ὑμᾶς, *cf.* docet uos D, *et* docuit nos *t* (*semel*) *Baed.* (*hic* $\frac{4}{8}$): > uos docuit *Hieron.* **manete** (manet I) *cum gr.* ℵABCP 27. 29. 68. 81. *al.*[6] μένετε, *cf.* permanete Z *Aug.* (iii. 2. 850): *gr.* KL *al. longe plu.* μενεῖτε *apud latt. non redduntur.* **in eo** = ἐν αὐτῷ: in eum *t* (*semel*); in ipsa *Aug.* (iii. 2. 850).

28. **et nunc filioli** (filii *h*) **manete in eo** (eum Z *t* (*semel*)) *cum gr. fere omn.* καὶ νῦν τεκνία (K 22. *al.*[3] + μου) μένετε ἐν αὐτῷ: *om. per homoioteleuton* BDKV *cum gr.* ℵ 1. 31. **ut** = ἵνα: et *t* (*semel*). quum Θ. **apparuerit** *et* manifestatus fuerit *Aug.* (iii. 2. 850) *cum gr.* φανερωθῇ, *cf.* apparuit O: uenerit Z *h*. **habeamus fiduciam** (-tiam L) *cum ord. gr. omn.* ἔχωμεν (ℵ[c]ABCP 15. *al.*[5] σχῶμεν) παρρησίαν: > fiduciam (-tiam Z) hab. Z *h*; *deinde* + in conspectu eius *Aug. sine auct. gr.* **et** *sec.* = καί: ut *Aug.* **confundamur** = *gr.* αἰσχυνθῶμεν: confundemur *t* (*semel*). **ab eo**: *om. t* (*semel*). **in aduentu eius** *et* in praesentia *eius h cum gr. omn.* ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ: in aduentum eius CF*O* *t* (*bis*), *cf.* in praesentiam ipsius Z.

29. **si** = ἐάν *tantum*: quod si *Uigil.* (*Uarim.* iii. 12); *om.* Z *t sine auct. gr.* **scitis** *et* nostis *h*, *cf.* sciatis ΘI *et gr.* ℵBC *al. mu.* εἰδῆτε: *gr.* AKLP *al. plu.* ἴδητε *apud latt. non redduntur.* **quoniam iustus** (ius *sup. lin. scr.* G) **est** *et* quia iu. est *Aug.* (iii. 2. 851) *Uigil. cum gr. omn.* ὅτι δίκαιός ἐστιν: quoniam iustum est T; eum qui fidelis est *h*. **scitote** (γινώσκετε): scitis *Uigil.* **quoniam et** *cum gr.* ℵACP 7. *al.*[5] ὅτι καί: quoniam *tantum* ACG*TU*VZ *Tisch. h t Ambr.* (*fid.* iv. 11) *Baed. et* quia *tantum Aug. Uigil. cum gr.* BKL *al. pler.* ὅτι (*sine* καί). **omnis** (-nes Z*), *gr.* πᾶς: *om. Ambr.* **iustitiam** (-ciam OWZ) = τὴν δικαιοσύνην: ueritatem *h*. **ex** (et O*) **ipso natus** (tus *erasa* A) **est** *et* ex (de *h*) eo n. est Z *h cum gr. paene omn.* ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται, *cf.* > ex ipso est n. *Aug.*: ex eo est *Uigil.*, *cf. gr.* P 31. 69*. 177* ἐξ αὐτοῦ γεγένηται; ex deo est *Capitula* A (*supra p.* 336) *Luculent.* (*P. L.* lxxii. 850).

III. 1. **uidete** *etiam Aug.* (iv. 444) *cum gr. omn.* ἴδετε: ecce Z *h Aug.* (iii. 2. 852, x. 239, 738, 1093). **qualem**, *gr.* ποταπήν: quadam Z. **caritatem** (kcar. C, char. *vg.*) *etiam Aug.* (x. 239, 1093), *gr.* ἀγάπην: dilectionem *Aug.* (iii. 2. 852, iv. 444, x. 738). **dedit nobis** (*nobis h*) **pater** *etiam Aug.* (*quater*) *cum gr. fere omn.* δέδωκεν (AL 13. 27 ἔδωκεν) ἡμῖν ὁ πατήρ, *cf.* d. n. deus p. O *et* > n. d. deus *Aug.* (iv. 444): d. uobis p. Z *cum gr.* BK* 22. 31*. *al.*[2] δ. ὑμῖν ὁ π. **ut** = ἵνα: et *Baed.* $\frac{1}{8}$. **filii** (fili Z*) **dei** (*om.* L) **nominemur** *et* f. d. uocemur (-caemur Z) Z *Aug.* (*quinquies*), *gr. omn.* τέκνα Θεοῦ κληθῶμεν: f. d. uocaremur *h*. **et sumus** BCFG*ΘILTZ *Bentl. h Baed.* $\frac{1}{8}$ *cum gr.* ℵABCP 13. 26. 27. 29. 66**. *al.*[13] καὶ ἐσμέν: et simus ADG[c]KOUVW *vg. cod. caraf. Tisch. c dem. diu. p Aug.* (*quinquies*) *Baed.* $\frac{6}{8}$; et scimus *Baed.* $\frac{1}{8}$; *gr.* KL *al. plu. om., non autem latt.* **propter hoc**: + enim *dem. sine auct. gr.*, + saeculum ignorat nos quoniam et ipsum ignorauit D—*cf. infra.* **mundus** *et* saeculum (sec. Z*) Z: hic m. D; *gr.* ὁ κόσμος. **non nouit** (nobit T) *pr. et* n. cognoscit *Aug.* (iii. 2. 852) *cum gr. omn.* οὐ γινώσκει: ignorat Z. **nos** *cum gr.* ℵ[c]ABC *al. sat. mu.* ἡμᾶς: uos *diu. cum gr.* ℵ*K LP *al.*[40] ὑμᾶς: *om.* F* *sine auct. gr.* **quia** (ὅτι): quoniam Z. **non nouit** (it *sup. lin. scr.* L) **eum** (*om.* D) *et* n. cognouit eum U* *Aug.* (iii. 2. 852) *cum ord. gr. omn.* οὐκ ἔγνω (P 192 ἐγνώκατε, 100 *al. pauc.* ἔγνωτε) αὐτόν: > et ipsum ignorauit (-abit T) CT, *cf.* > et ipsum ignorabat Z *p*; *deinde* + et nos non cognoscit mundus *Aug.* (iii. 2. 852). **propter hoc . . . eum**: propter*ea seculum nos* egnorat *h*.

2. **carissimi** (kcar. C, kar. U, char. *vg.*, kr̄i OW) *etiam Orig.* (*int. matt. comm.* xvii. 19)

et nondum apparuit quid erimus
scimus quoniam cum appa-

ruerit similes ei erimus
quoniam uidebimus eum
sicuti est

Ambr. (*luc.* vii. 194) *Hieron.* (ii. 304, v. 330, vii. 533), *cf.* dilectissimi *Hieron.* (ii. 784) *Aug.* (*saepissime*), dilecti *Ambr.* (*fid.* i. 7), *et gr. omn.* ἀγαπητοί: filioli *Orig.* (*int. princ.* III. vi. 1, *exod. hom.* vi. 5) *Uigil.* (*c. Eutych.* iv. 23) *Luculent.* (*P. L.* lxxii. 858); *om. ad init. pericopes Hieron.* (*ep.* li. 7) *Aug.* (*quinquies*) *Luculent.* (*P. L.* lxxii. 851). nunc *etiam Orig.* (*int. matt. comm.* xvii. 19) *Ambr.* (*luc.* vii. 194) *Hieron.* (*quater*) *Aug.* (*saepe*) *cum gr. omn. νῦν, cf.* n. iam *Aug.* (v. 1339): *om. Orig.* (*int. princ.* III. vi. 1, *exod. hom.* vi. 5) *Ambr.* (*fid.* i. 7) *Hieron.* (ii. 784) *Aug.* (*saepe*) '*Prosp.*' (*P. L.* li. 785 = *prom. et praed. d.* ii. 15) '*Praedest.*' (*P. L.* liii. 667) *Uigil., et om. ad init. pericopes Aug.* (*nonies*). filii (fili FZ*) dei sumus (simus O*) *etiam Orig.* (*int. matt. comm.* xvii. 19) *Hieron.* (*quater*) *cum ord. gr. paene omn.* τέκνα Θεοῦ ἐσμέν, *cf.* f. d. simus *libere Pel.* (*in Col.* iii. 4) *et* f. enim d. sumus *Aug.* (v. 127, 899, vi. 49, *ad init. pericopes*): > d. f. sumus *Hieron.* (vii. 533) *cum ord. gr.* P 31 Θ. τ. ἐσμ.; *om. Orig.* (*int. princ.* III. vi. 1, *exod. hom.* vi. 5) *Uigil. sine auct. gr.* et *etiam Aug.* (*paene semper*) = καί: sed *Orig.* (*int. matt. comm.* xvii. 19) *Aug.* (iii. 2. 569, v. 1437) '*Petr.-Chrys.*' (*P. L.* lii. 675); *om. Orig.* (*int. exod. hom.* vi. 5) *Aug.* (iii. 2. 824, iv. 302, viii. 788, *ad init. pericopes*) *Pel.* (*in Col.* iii. 4; *et ad init. pericopes in Rom.* v. 11, *II Cor.* iv. 11) *Uigil. sine auct. gr.* nondum (+ enim *ad init. pericopes Aug.* iv. 302) apparuit *etiam Orig.* (*int. matt. comm.* xvii. 19) *Hieron.* (ii. 784) *Aug.* (*paene semper*) *Baed.* (*hic et P. L.* xci. 1178, xcii. 454, xciv. 165), *cf.* necdum app. *Hieron.* (ii. 304, v. 330) '*Prosp.*' *Uigil.*, nondum manifestatum (*manifesta*tum *h*) est *h Tert.* (*res.* 23) *Aug.* (iii. 2. 752, 852) *Baed.* (*P. L.* xcii. 864), nondum manifestum est Z, necdum manifestum est *Hieron.* (vii. 533) *Facund.* (*P. L.* lxvii. 788), nondum reuelatum est *Ambr.* (*luc.* vii. 194), *et gr. omn.* οὔπω ἐφανερώθη—*cf. etiam* nondum apparuerit F *t*, nondum apparet *Ambr.* (*fid.* i. 7) *Luculent.* (*P. L.* lxxii. 851, 858), *et* nondum paret '*Petr.-Chrys.*': nondum scimus *Orig.* (*int. princ.* III. vi. 1, *exod. hom.* vi. 5), *cf.* nescimus *Hieron.* (*ep.* li. 7); *deinde* + nobis O* *sine auct. gr.* quid erimus *etiam Orig.* (*int. matt. comm.* xvii. 19) *Hieron.* (ii. 784) *Aug.* (*saepe*) *Luculent.* (*P. L.* lxxii. 858) *Baed.* (*hic* $\frac{6}{8}$ *et P. L.* xci. 1178, xciv. 165), *cf.* quid futuri sumus *Orig.* (*int. princ.* III. vi. 1, *exod. hom.* vi. 5) *Hieron.* (ii. 304, v. 330), *et gr. omn.* τί ἐσόμεθα—*cf. etiam* quid futuri simus *Tert. Hieron.* (vii. 533), quid sumus '*Petr.-Chrys.*', *et* quid facturi sumus *t*: quod erimus (her. C) CZ *Aug.* (*saepe*) *Iust.* (*P. L.* lxvii. 983) *Luculent.* (*P. L.* lxxii. 851) *Baed.* (*hic* $\frac{2}{8}$ *et P. L.* xcii. 454, 864); quod sumus *Facund.*; quales futuri sumus *Hieron.* (*ep.* li. 7); qui futuri sumus *h*; *deinde* + dilectissimi *Aug.* (v. 1157) *sine auct. gr.* scimus *sine addit. etiam Ambr.* (*fid.* i. 7) *Hieron.* (ii. 784, v. 330, vii. 533) *Aug.* (*saepissime*) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxix. 677) *Baed.* (*hic et P. L.* xci. 78, xcii. 454, 864, xciv. 197) *cum gr.* ℵABCP 5. 68 οἴδαμεν *tantum*: sc. autem *Orig.* (*int. matt. comm.* xvii. 19) *Hieron.* (ii. 304) *Aug.* (*decies*) *Quaestt. U. et N. T.* (cvi. 19) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxvi. 805) *Baed.* (*P. L.* xcii. 217) *et* nouimus autem *Hieron.* (*ep.* li. 7), *cum gr.* KL *al. pler.* οἰδ. δέ, *cf.* sc. enim *Baed.* (*P. L.* xci. 764, 1178, xciv. 165); > sed sc. *Ambr.* (*luc.* vii. 194); *om. Orig.* (*int. princ.* III. vi. 1, *exod. hom.* vi. 5) *Uigil.* '*Petr.-Chrys.*' quoniam *pr. etiam Orig.* (*int. matt. comm.* xvii. 19) *Ambrst.* (*in Rom.* viii. 17) *Hieron.* (v. 331) *Aug.* (*saepe*) *Fulg.* (lxv. 422 *semel*) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxvi. 805, lxxix. 677 *semel*) *Baed.* (*hic*), *gr.* ὅτι: quia *Tert. Ambr.* (*fid.* i. 7, *luc.* vii. 194) *Ambrst.* (*in Rom.* vi. 5, *II Cor.* iii. 18) *Hieron.* (*quater*) *Aug.* (*saepe*) *Quaestt.* (cvi. 19) *Apring.* (*in Apoc.* ii. 26) *Fulg.* (lxv. 422 *semel*) *Iust. Greg.-Mag.* (lxxix. 677 *semel*) *Baed.* (*octies*) *Beat.* (*in Apoc.* ii. 27); quod *Aug.* (v. 764); *om. Orig.* (*int. princ.* III. vi. 1, *exod. hom.* vi. 5) *Uigil.* '*Petr.-Chrys.*' *sine auct. gr.* cum (quum Θ; *om.* Z* *Pel.*B (*in Rom.* v. 11, *II Thess.* ii. 14)) apparuerit (apar. CZ; apparuit *Baed. hic* $\frac{1}{8}$) *tantum etiam Orig.* (*int. ezech. hom.* xiii. 2 *semel*) *Hieron.* (ii. 304, 784, v. 331) *Aug.* (*paene semper*) *Quaestt.* (cvi. 19) *Baed.* (*octies*), c. manifestatum fuerit *Aug.* (iii. 2. 752) *Baed.* (*P. L.* xcii. 864), *et* c. reuelatum fuerit *Ambr.* (*luc.* vii. 194), *cf.* c. autem app. *Uigil.*, c. enim app. *Quaestt.* (cv. 6 *ad init. pericopes*), *et* c. ille reuelatus fuerit *Hieron.* (*ep.* li. 7): si app. *Orig.* (*int. matt. comm.* xvii. 19), si manifestatum fuerit *Hieron.* (vii. 533), *et* si reuelatum fuerit *Ambr.* (*fid.* i. 7), *cum gr. omn.* ἐὰν φανερωθῇ—*cf.* si manifestauerit *Tert.*, *et* si enim app. *Orig.* (*int. ezech. hom.* xiii. 2 *semel*); si autem (uero *int. princ.*) reuelatus nobis fuerit *Orig.* (*int. princ.* III. vi. 1, *exod. hom.* vi. 5). similes (similis O*U*) ei erimus *etiam Orig.* (*int. ezech. hom.* xiii. 2 *bis*, *matt. comm.* xvii. 19) *Pel.* (*in Rom.* v. 11, *II Thess.* ii. 14, *Col.* iii. 4) *Pel.*B (*in Rom.* viii. 17), *cf.* s. illi er. *Orig.* (*int. princ.* III. vi. 1, *exod. hom.* vi. 5) *Pel.*A (*in Rom.* viii. 17) *Beat.*, *cum ord. gr. omn.* ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, *cf.* s. eius er. *Tert. et* s. eius fuerimus *Orig.* (*int. luc. hom.* xxix): > similes (similis Z*) er. ei Z *h*; ei s. er. *Aug.* (v. 623). quoniam (+ et *Baed. P. L.* xci. 764) uidebimus eum *etiam*

[3] et omnis qui habet spem
hanc in eo sanctificat se
sicut et ille sanctus est.
[4] Omnis qui facit peccatum
et iniquitatem facit
et peccatum est iniquitas
[5] et scitis quoniam ille apparuit
ut peccata nostra tolleret
et peccatum in eo non est
[6] omnis qui in eo manet
non peccat
et omnis qui peccat non uidit

Orig. (*int. ezech. hom.* xiii. 2, *matt. comm.* xvii. 19) *Hieron.* (ii. 304) *Aug.* (*paene semper*) *Fulg.* (*P. L.* lxv. 422 *semel*) *Baed.* (*P. L.* xci. 764, xcii. 864), *cf.* quia u. eum *Orig.* (*int.* iv. 596) *Hieron.* (vii. 533) *Aug.* (iv. 527, v. 1437), *cum ord. gr. omn.* ὅτι ὀψόμεθα (31. *al.*[2] ὀψώμεθα) αὐτόν—*cf.* et uidebimus (uiderimus *Orig.*) eum *Orig.* (*int. luc. hom.* xxix) *Fulg.* (*P. L.* lxv. 422 *semel*) *Iust.*, quando u. eum *Aug.* (v. 110), *et* tunc u. illum *Ambrst.* (*in I Cor.* xiii. 11): > quoniam eum u. *Hieron.* (ii. 784) *et* > eum u. *Aug.* (iii. 2. 150 *ad init. pericopes*), *cf.* > eum uideamus *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1132 *ad init. pericopes*); > uidebimus enim eum *Hieron.* (*ep.* li. 7) *Apring.* (*in Apoc.* xxi. 23) *Baed.* (*P. L.* xci. 1178, xciv. 165). **sicuti** (secuti OZ*; sicut DF) **est** *etiam Orig.* (*quater*) *Hieron.* (*quater*) *cum gr. omn.* καθώς ἐστιν: sicut ipse est *Hieron.* (vii. 533); secundum quod est *libere Orig.* (*int. matt. comm. ser.* 70).

3. **omnis** = πᾶς: omnes Z*. **qui habet** (ab. T) **spem hanc in eo** (ipso *Aug.* iii. 2. 854; eum *Aug.* x. 185) *cum ord. gr. omn.* ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' (31 ἐν) αὐτῷ (2. 25. 30 αὐτόν), *cf.* q. hab. sp. istam *tantum Tert.* (*pud.* 19): > q. hab. hanc sp. in eo W *vg. cod. caraf. Pel.* (*in Rom.* ii. 7), *cf.* > q. hab. hanc sp. *tantum Hieron.* (ii. 304) *Pel.* (*in I Thess.* iv. 7); q. sp. istam in illo hab. *Tert.* (*monog.* 3). **sanctificat** (sanctificet *p**) **se** *etiam Aug.* (x. 185), *gr.* ἁγνίζει ἑαυτόν: castificat se *Bentl. h Tert.* (*monog.* 3) *et* castificat semetipsum *Tert.* (*pud.* 19) *Hieron. Aug.* (iii. 2. 854). **sicut et** *etiam Tert.* (*monog.* 3) *Pel.* (*in Rom.* ii. 7) *Pel.*[B] (*in I Thess.* iv. 7), *cf.* quia et *Tert.* (*pud.* 19): sicut (*sine* et) DI*T (*Bentl.*) *p Pel.*[A] (*in I Thess.* iv. 7) *cum gr. omn.* καθώς *tantum.* **ille sanctus** (*def. h*) **est** *et* ipse s. est *Aug.* (x. 185), *gr.* ἐκεῖνος ἁγνός ἐστιν: ille castus est *Bentl. Tert.* (*pud.* 19) *Hieron. et* ipse castus est *Tert.* (*monog.* 3) *Aug.* (iii. 2. 854); ille sanctificatus est W.

4. *Ad init.* + quia *Fulg.* (*P. L.* lxv. 157, *non autem* 167) *sine auct. gr.* **omnis** (+ nam Z*, + namque Z[1]) **qui** (quod O*) **facit peccatum** *etiam Aug.* (iii. 2. 854, 857, vi. 467), *cf.* omn. q. f. delictum *Tert.* (*pud.* 19), *cum ord. gr. omn.* πᾶς ὁ ποιῶν τὴν (31 *om.*) ἁμαρτίαν: > quicumque enim p. f. *Aug.* (iv. 565). **et iniquitatem** (inquitatem O) **facit** *etiam Aug.* (iii. 2. 854, 857, iv. 565) *cum ord. gr. omn.* καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ: > f. et in. *Aug.* (vi. 467). **et** (*om. Aug.* iii. 2. 854) **peccatum est** (*om.* D) **iniquitas** *et* et delictum est in. *Tert. cum ord. gr. omn.* καὶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν (ℵ* + καὶ) ἡ ἀνομία: > et (*om. ad init. pericopes Aug.* (iii. 2. 857) *Iulian.-Tol.*) p. in. est *Aug.* (iii. 2. 857, vi. 467) *Iulian.-Tol.* (*P. L.* xcvi. 640), *cf.* > p. autem in. est *Aug.* (iv. 846 *ad init. pericopes*), *et* > quia p. in. est *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1371); > in. p. est *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxv. 979).

5. **scitis** (-tes L) *etiam Fulg.* (*P. L.* lxv. 167) *cum gr. paene omn.* οἴδατε: scimus T *Fulg.* (*P. L.* lxv. 157, 229) *cum gr.* ℵ 40. 98 οἴδαμεν. **quoniam** *etiam Aug.* (x. 185) *Baed.* $\frac{7}{8}$, *gr.* ὅτι: quia (*in ras. scr.* U) BKUVW *vg. cod. caraf. Bentl. c Aug.* (iii. 2. 854, 857) *Fulg.* (*P. L.* lxv. 157, 167, 229) *Baed.* $\frac{1}{8}$; quod *Tert.* (*pud.* 19); *deinde* + in hoc *Aug.* (iii. 2. 857; *non autem* iii. 2. 854, x. 185) *sine auct. gr.* **apparuit** (apar. CZ) *etiam Aug.* (x. 185), *gr.* ἐφανερώθη, *cf.* apparuerit I*: manifestatus est *Aug.* (iii. 2. 854, 857), *cf.* manifestatus sit *Tert.*; *deinde* + et W *sine auct. gr.* **ut peccata nostra tolleret** *vg. cod. caraf. cum gr.* ℵCKL *al. pler.* ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ, *cf.* ut peccatum nr̄m t. U: ut (qui L) p. t. (ret *in ras. scr.* O; tollerit Z*, tollat Z[c]) *tantum codd. paene omn. Bentl. Tisch. c dem. diu. h p Aug.* (x. 185) *Fulg.* (*quater*) *Baed. cum gr.* ABP 13. 27. 66**. *al.*[2] ἵνα τ. ἁμ. ἄρῃ (*sine* ἡμ.), *cf.* ut p. auferat *Aug.* (iii. 2. 857), ut peccatum auferat *Aug.* (iii. 2. 854), *et* > ut auferat delicta *Tert.*; ut p. mundi tolleret O[c], *cf.* ut t. peccatum mundi *Orig.* (*int. num. hom.* x. 2), *et* > qui totius mundi t. peccatum *libere Orig.* (*int. num. hom.* xvii. 1); *deinde* + et peccatum est iniquitas et scitis quoniam ille apparuit ut peccata tolleret *perlin.* G[c]. **in eo non est**, in illo n. e. UZ *h Aug.* (iii. 2. 857), *et* in ipso n. e. *Aug.* (iii. 2. 854), *cum ord. gr. paene omn.* ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, *cf.* in eo n. erat Θ *dem.*: *gr.* ℵ > οὐκ ἐστ. ἐν αὐτ., *non autem latt.*

6. **omnis** (omnes Z*) **qui in eo** (deo *t*) **manet** (perma*net h*) **non peccat** *etiam Aug.* (x. 185), *cf.* omn. q. in ipso m. n. p. *Aug.* (iii. 2. 854), *cum ord. gr. omn.* πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ μένων οὐχ ἁμαρτάνει: > omn. q. m. in eo n. p. *Baed.* $\frac{1}{8}$ *et* > omn. q. m. in illo n. delinquit *Tert.* (*pud.* 19); > omn. q. n. p. in ipso m. *Aug.* (iii. 2. 857). **et** *etiam Aug.* (iii. 2. 857) *cum gr.* 38. *al.*[5] καί: *om.* G*ΘILZ *Bentl. dem. h* [ut vdtur] *p t Tert. Aug.* (iii. 2. 854, x. 185) *cum gr. paene omn.* **omnis** (omnes Z*) **qui peccat** *etiam Aug.* (iii. 2. 854, 857, x. 185), *cf.* omn. qui delinquit *Tert.*, *cum gr. omn.* πᾶς ὁ

eum nec cognouit eum.
7 Filioli nemo uos seducat
qui facit iustitiam iustus est
sicut et ille iustus est
8 qui facit peccatum ex diabolo est
quoniam ab initio diabolus peccat
in hoc apparuit filius dei ut dissol-
uat opera diaboli
9 omnis qui natus est ex deo
peccatum non facit

ἁμαρτάνων: qui facit peccatum *ad init. pericopes Aug.* (iii. 2. 856). **non uidit eum** (deum *Ambr. ps.* xlv. 23) **nec cognouit** (-bit T; nouit O) **eum** (*om. c*) *cum gr. omn.* οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτόν, *cf.* n. uidet eum (dominum *t*) nec c. eum DFW *p t, et* n. uidebit eum nec c. eum Z: neque uidit neque cognouit eum *Tert.*

7. **filioli** (*def. h*) *cum gr.* ℵBKL *al. pler.* τεκνία: filii *Lucif.* (*Ath.* ii. 15), *cf. gr.* ACP 5. 13. *al.*[2] παιδία; *deinde gr.* 15. 26. *al.*[2] + μου, *non autem latt.* **nemo uos seducat** *et* n. u. fallat *Lucif.*: *gr. omn.* > μηδεὶς (A μή τις) πλανάτω ὑμᾶς. **qui facit iustitiam** (-ciam WZ) *cum ord. gr. omn.* ὁ ποιῶν τὴν (ℵ* *om.*) δικαιοσύνην, *cf.* omnis q. f. iu. *Tert.* (*pud.* 19): > q. iu. (iustitum O*) f. O. **iustus** = δίκαιος: tristis Z*. **sicut et ille** (illi O*) **iustus est**: sicut ille iu. e. DI* *Fulg.* (*P. L.* lxv. 158) *cum gr. omn.* καθὼς ἐκεῖνος δίκαιός ἐστιν; *om.* L *h t Lucif. sine auct. gr.*

8. **qui** (quod O*) **facit peccatum** *etiam Aug.* (iii. 2. 855, 857, 866), *cf.* q. f. delictum *Tert.* (*pud.* 19), *cum gr. paene omn.* ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν: q. autem f. p. CT *p Lucif.* (*Ath.* ii. 15) *cum gr.* A 25. 68 ὁ δὲ π. τ. ἁμ., *cf.* > q. autem p. f. *Chromat.* (*P. L.* xx. 359); omnis (*def. h*) q. (*def. h*) f. (*def. h*) p. (*pec*catum *h*) *h Orig.* (*int. ezech. hom.* ix. 1 = *Hieron.* v. 960; *matt. comm. ser.* 110) *Aug.* (iii. 2. 856), *cf.* > omnis q. p. f. *Orig.* (*int. ezech. hom.* vi. 3 = *Hieron.* v. 807), *et* omnis q. peccat '*Cypr.*' (*App. p.* 103 = *de aleat.* 10). **ex diabolo** (-bulo CD) **est** *etiam Aug.* (iii. 2. 866) *cum gr. omn.* ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν, *cf.* de diabolo (-bulo GZ*) est GZ *Capitula* A (*supra p.* 336) *h Hieron.* (*ep.* xxii. 1) *Aug.* (iii. 2. 855, 856, 857), *et* a d. est *m Lucif.* (*Ath.* ii. 15) *Chromat.*: ex d. natus est *Orig.* (*int. ezech. hom.* vi. 3, ix. 1 = *Hieron.* v. 807, 960; *matt. comm. ser.* 110); non est de deo sed de diabolo est '*Cypr.*'. **quoniam**, *gr.* ὅτι: quia Z *h m Chromat. Aug.* (iii. 2. 855, 857). **ab** (hab C) **initio** (-cio LOV*Z) **diabolus** (-bulus ACT, -bubulus Z*, -bobolus Z[1], zabulus D) **peccat** (peccauit D) *cum ord. gr. omn.* ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει, *cf.* origine d. p. *Lucif.* (*Ath.* ii. 15) *et* ab in. d. mendax est *Oros.* (*apol.* xv. 4): > d. ab in. peccat *Chromat.*, > d. a primordio delinquit *Tert.*; *deinde* + et *m sine auct. gr.* **in hoc apparuit** (apar. CZ) **filius dei**, *cf.* in h. manifestatus est f. d. *Aug.* (iii. 2. 855, 857, x. 23), *cum gr. omn.* εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ —*cf. etiam* in hoc enim manifestatus est f. d. *Tert.*, ad hoc app. f. *tantum Auct.-Incert.* (*P. L.* xiii. 670), *et* ipse app. f. *tantum Uigil.* (*Uarim.* iii. 94): idcirco declaratus est f. d. *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *semel*) *et* ad hoc enim declaratus est f. d. *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *semel*); ad hoc uenit f. d. *Ambrst.* (*in I Cor.* x. 20), *cf.* ad hoc enim uenit f. d. *Ambrst.* (*in Rom.* i. 16), propter hoc uenit f. d. *Ambrst.* (*in I Cor.* ii. 6), ideo uenit f. d. *Quaestt. U. et N. T.* (ii. 5), ideo aduenturus est f. d. '*Cypr.*', ideo uenisse filium d. *libere Aug.* (x. 1330), filius d. qui propterea uenit *libere Aug.* (x. 331), ideo enim f. d. uenit in mundum *libere Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1372), quoniam uenit f. d. *libere Leo* (*P. L.* liv. 218), *et* quia qui uenit '*Prosp.*' (*P. L.* li. 376). **ut dissoluat** (desol. D; at *in ras. scr.* U) **opera diaboli** (-buli G*VZ *et* i *in ras. scr.* G, zabuli D) *et* ut soluat op. (hop. C) diaboli (-buli C) CT *h r Tert. Aug.* (*quinquies*) '*Prosp.*' (*P. L.* li. 654) *Uigil. Fulg.* (*P. L.* lxv. 229, 459) *cum gr. paene omn.* ἵνα λύσῃ (13. 100 λύσει) τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, *cf.* ut solueret op. d. *m Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*) *Ambrst.* (*in Rom.* i. 16, *I Cor.* ii. 6, x. 20) *Quaestt., et* dissoluere op. d. *libere Leo*, soluere op. d. *libere* '*Prosp.*' (*P. L.* li. 376): ut soluantur op. d. *Auct.-Incert. cum gr.* P ἵνα λυθῇ τὰ ἔρ. τοῦ δ.

9. **omnis** (omnes Z*) **qui natus** (natum I*) **est ex** (de *h*) **deo** *etiam Aug.* (*quater*) *Caelest. ap. Aug.* (x. 185) *Uigil.* (*c. Ar. Sab. etc.* ii. 11) *cum ord. gr. omn.* πᾶς ὁ γεγεννημένος (K 99. *al.*[2] γεγενημένος) ἐκ τοῦ Θεοῦ, *cf.* q. n. est ex d. *Innoc.* (*P. L.* xx. 581 *ad init. pericopes*) *Aug.* (*saepe ad init. pericopes*) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1075 *ad init. pericopes*), q. n. est de d. *ad init. pericopes Pel.* (*in Rom.* vi. 7) *Uigil.* (*Uarim.* i. 32), *et* quia q. n. est ex d. *Gelas.* (*P. L.* lix. 127 *ad init. pericopes*): > omn. q. ex d. nascitur *Tert.* (*pud.* 19 *semel*), *cf.* > quoniam q. de d. n. est *Ambr.* (*ep.* lxxviii. 7 *semel ad init. pericopes*), > quia q. de d. n. est *Ambrst.* (*in Rom.* viii. 14 *ad init. pericopes*), de d. n. est *tantum Ambr.* (*ep.* lxxviii. 7 *libere semel*), *et* de d. nati sunt *libere Tert.* (*pud.* 19 *semel*); > q. n. ex d. fuerit *libere Tert.* (*pud.* 19 *semel*); q. autem ex d. est *tantum Orig.* (*int. exod. hom.* viii. 6 *ad init. pericopes*). **peccatum non facit** *etiam Hieron.* (ii. 321) *Caelest. cum ord. gr. omn.* ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ: > n. f. p. *Aug.* (iii. 2. 857) *Iulian.-Tol.* (*P. L.* xcvi. 703) *et* > n. f. delictum *Tert.* (*pud.* 19); non peccat *m Orig. Ambr.* (*ep.* lxxviii. 7) *Ambrst. Innoc. Hieron.* (iv. 11) *Aug.* (*saepissime*) *Pel. Gelas. Uigil.* (*c. Ar. Sab.* ii. 11, *Uarim.* i. 32) *Cassiod. Iulian.-Tol.* (*P. L.* xcvi. 704); *deinde* + et (+ quia x. 239)

quoniam semen ipsius
in eo manet
et non potest peccare
quoniam ex deo natus est
10 in hoc manifesti sunt filii dei
et filii diaboli
omnis qui non est iustus
non est de deo
et qui non diligit fratrem suum
11 quoniam haec est adnuntiatio
quam audistis ab initio
ut diligamus alterutrum
12 non sicut cain ex maligno erat
et occidit fratrem suum
et propter quid occidit eum?
quoniam opera eius maligna
erant fratris autem
eius iusta.

---

non potest peccare *Aug.* (x. 44, 133, 239)—*cf. infra.* **quoniam** *pr. et* quia Z *h m r Tert. Orig. Aug.* (*quater*) *Caelest. Cassian.* (*conl.* xi. 9) *cum gr. omn.* ὅτι: et *Aug.* (vii. 604). **semen** (saem. C) **ipsius** (*def. h*) *et* s. (semenen Z) eius Z *m r Aug.* (*quinquies*) *Caelest. cum gr. omn.* σπέρμα αὐτοῦ: s. dei *Tert. Orig.* **in** (*def. h*) **eo** (*def. h*) **manet** (-it Z*, *m*anet *h*) *et* in ipso m. *m r Aug.* (*quinquies*) *cum ord. gr. omn.* ἐν αὐτῷ μένει—*cf.* in eo est *Cassian.*: > m. in eo W *Orig. et* m. in illo *Tert.* **peccare** (ἁμαρτάνειν): delinquere *Tert.* **quoniam** *sec.* (ὅτι): quia *m Tert. Hieron.* (ii. 321) *Aug.* (iii. 2. 857, 860). **ex deo natus est,** *gr.* ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται: de d. (+ est *eras.* Z) n. e. Z *h m r.*

10. *Ad init.* + et *Hieron.* (ii. 321) *sine auct. gr.* **in** (*def. h*) **hoc manifesti sunt** *et* in hoc manifestati s. BLU *Aug.* (iii. 2. 860) *cum gr. omn.* ἐν τούτῳ φανερά ἐστιν, *cf.* ex hoc m. s. Z *r*: in hoc apparent *Cypr.* (*test.* iii. 3) *et* ex hoc apparent *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*); hinc apparent *m.* **diabuli** ACDZ*. **omnis** *cum gr. paene omn.* πᾶς *tantum*: *gr.* C*$^{ut\ udtur}$ καὶ πᾶς. **qui non est iustus**: q. n. facit iustitiam CDTZ *Bentl. h p r Bonifac. I-Pap.* (*P. L.* xx. 789) '*Isid.*' (*P. L.* lxxxiv. 459) *et gr. omn.* ὁ μὴ ποιῶν (ACKP *al. fere*^{20} + τὴν) δικαιοσύνην. **non est de deo,** n. (n̄ *in ras. scr.* O) est ex d. ALO *vg. cod. caraf. Tisch. c m Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*) *Bonifac.* (*infra*) *Aug.* (iii. 2. 860 *semel*, x. 736), *et* n. est a d. *Aug.* (iii. 2. 860 *semel*), *cum ord. gr. omn.* οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ: > n. ex d. est W; > ex d. n. est *Tert.* (*pud.* 19). **et qui**: *om.* '*Isid.*' *sine auct. gr.* **qui non diligit** (dileg. D), *gr.* ὁ μὴ ἀγαπῶν: q. n. amat *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*). **fratrem suum** *etiam Cypr.* (*test.* iii. 3 *codd.* AWLB) *cum gr. omn.* τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ: patrem suum aut matrem suum *Cypr.* (*test.* iii. 3 *cod.* M); *deinde* + non est de deo D *sine auct. gr.* **non est de deo . . . fratrem suum**: > et qui non diligit fratrem suum non est ex deo *Bonifac. sine auct. gr.*

11. **quoniam** (*bis scr.* W), *gr.* ὅτι: quia O *Aug.* (iii. 2. 860, x. 736). **haec** (hec OW) **est adnuntiatio** (annunt. K$\mathfrak{H}$, annunc. VW$\mathfrak{SC}$, annunciacio O) *cum gr.* ABKL *al. plu.* αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγγελία: h. est (*om. semel*) repromissio *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*), *cf.* hoc est mandatum Z *h r, et gr.* ℵCP 27. 29. 66**. *al.*^{3} αὕτ. ἐστ. ἡ ἐπαγγελία. **quam audistis** (u *in ras. longa scr.* G) **ab initio** (-cio O) *etiam Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *semel*), *cf.* q. aud. ab origine *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *semel*), *et* quod (*sc.* mandatum) aud. ab initio (-cio Z) Z *h r, cum ord. gr. omn.* ἣν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, *cf.* q. audiuimus ab in. F *Aug.* (iii. 2. 860, x. 736): > q. ab in. aud. *Bonifac. I-Pap.* (*P. L.* xx. 789). **haec est . . . quam**: *om.* D (*per homoioteleuton ut udtur*). **diligamus** (dileg. D), *cf.* amemus *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*), *cum gr. omn.* ἀγαπῶμεν: diligatis BKOVW$\mathfrak{H}\mathfrak{SC}$ *c Baed.* ½. **alterutrum,** *cf.* inuicem Z *h r Aug.* (iii. 2. 860, x. 736), *et gr.* ἀλλήλους: nos inuicem *t*; ab inuicem D.

12. *Ad init.* + et *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*) *sine auct. gr.* **non** (nō *et* o *in ras. scr.* O) **sicut** (sic̄ *in ras. scr.* O) **cain** (*in ras. scr.* O) **ex maligno erat** AFGZ *cod. caraf. Bentl. Tisch. h et* n. s. c. ex m. fuit *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*) *cum gr. omn.* οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν: n. s. cain (cayn C, caym W) qui ex m. erat *codd. plur. vg. Aug.* (iii. 2. 860, vii. 385) *Baed.* **et** *pr.* (*in ras. scr.* O) = καί: *om. t.* **occidit** *pr.* (hoc. C), *gr.* ἔσφαξεν: interfecit *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*). **fratrem suum**: + abel *t sine auct. gr.* **propter quid** (q̄d L), *cf.* p. quod BG^{c}ΘO*TU* *t Baed.*: ideo Z; ideo propter quod *bis reddens* D; cuius rei gratia *h r Aug.* (iii. 2. 860, vii. 385); *gr.* χάριν τίνος. **occidit** (hoc. C) **eum** *etiam Aug.* (vii. 385), *cf.* interfecit eum *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*), *cum gr.* ἔσφαξεν αὐτόν: occidit *tantum Aug.* (iii. 2. 860). **quoniam** (*def. h*), *gr.* ὅτι: quia *r Aug.* (iii. 2. 860, vii. 385). **opera** (hop. C) **eius maligna erant** (n *sup. lin. scr.* Z; erunt G*), op. eius m. fuerunt *Aug.* (iii. 2. 860), op. illius m. fuerunt *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *semel*) *Aug.* (vii. 385), *et* op. ipsius m. fuerunt *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *semel*)—*cf.* op. m. erant *tantum Baed.* ⅔: op. eius m. erat I *h**; *gr.* τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ ἦν. **fratris** (fratres Z*) **autem eius** (*sup. lin. scr.* D; + erant *t*; + maligna erant fratris (*deinde expunct.*) *p per homoioteleuton*), f. uero eius *Aug.* (iii. 2. 860), f. autem illius *Aug.* (vii. 385), *et gr. omn.* τὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, *cf.* f. autem sui *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *bis*): fratri autem eius I. **iusta** (iuxta F*) = δίκαια: bona W

13 Nolite mirari fratres si odit uos mundus
14 nos scimus quoniam translati sumus de morte in uitam quoniam diligimus fratres qui non diligit manet in morte
15 omnis qui odit fratrem suum homicida est
et scitis quoniam omnis homicida

Baed. ½; *deinde* + per ihesum xpm dominum nostrum *t* (*in fine pericopes*).

13. **nolite** (*def. h*) **mirari** (mir *def. h*) *etiam Lucif.* (*Ath.* ii. 15) *cum gr.* ABC^{c}KL *al. pler.* μὴ θαυμάζετε (31. *al.*^{5} θαυμάζητε): et n. mirari (mirare Z) DZ *r cum gr.* ℵC*P 15. 18. 66**. *al.*^{4} καὶ μὴ θ.; n. enim m. *Lucif.* (*Ath.* ii. 16). **fratres** (ff A, fratrs Z; *om. p*) *sine addit. cum gr.* ℵABCP *al. mu.* ἀδελφοί *tantum*: f. mei D *cum gr.* KL *al. longe plu.* ἀδ. μου. **hodit** CTZ*. **uos** *cum gr. omn.* ὑμᾶς: nos AFΘLT *dem. h p* r Lucif.* (*Ath.* ii. 15, 16) *Aug.* (iii. 2. 861) *Baed.* ½. **mundus** (mundum O*) *et* saeculum *Lucif.* (*Ath.* ii. 15, 16): hic m. Z *h p* r, et* > m. hic D, *cf. gr. omn.* ὁ κόσμος.

14. **nos** (+ e *eras.* G) **scimus** (c *ex* i Z; simus *p**) *cum gr. omn.* ἡμεῖς οἴδαμεν, *cf.* fratres sc. *Columban.* (*P. L.* lxxx. 251 *ad init. pericopes*): hic n. sc. D; scimus *tantum* U. **quoniam** *pr. et* quia O *h Aug.* (iii. 2. 861) *cum gr. omn.* ὅτι: *om.* Z. **translati** (+ *ras.* 2 *litt.* B) **sumus**, *gr.* μεταβεβήκαμεν: transiuimus C *Aug. Columban.* (*uide infra*), *cf.* transimus *r*, transibimus TZ *p*; transitum fecimus *Lucif.* (*Ath.* ii. 15, 16). **de morte**, *gr.* ἐκ τοῦ θανάτου: a m. *Lucif.* (*Ath.* ii. 15, 16). **in uitam** (uita Z*), *gr.* εἰς τὴν ζωήν: ad uitam ΘI^{c}LOW *vg. cod. caraf. c dem. diu. r Lucif.* (*Ath.* ii. 15, 16) *Aug. Columban.* (*uide infra*) *Baed.* **translati . . . in uitam**: > de morte ad uitam transiuimus *Columban.* **quoniam** *sec.* (ὅτι): quia Z *h r Aug. Columban.* **diligimus** (dileg. D) *et* amamus *Lucif.* (*Ath.* ii. 15, 16), *gr.* ἀγαπῶμεν: diligamus *Baed.* ½. **fratres** *sine addit. cum gr. paene omn.* τοὺς ἀδελφούς *tantum*: f. nr̄os U* *et gr.* ℵ 68. 58$^{lect.}$ τ. ἀδ. ἡμῶν. **qui** (quod O*) **non diligit** *sine addit. etiam Caesar.* (*serm.* ccxxiii. 4) *cum gr.* ℵAB 13. 27. 29 ὁ μὴ ἀγαπῶν, *cf.* q. enim n. d. *Columban.*, q. autem n. d. *Ambr.-Autpert.* (*P. L.* lxxxix. 1331), *et* q. autem n. amat *Lucif.* (*Ath.* ii. 15, 16): q. n. d. fratrem *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1372) *cum gr.* CKL *al. pler.* ὁ μὴ ἀγ. τὸν ἀδελφόν (15 τοὺς ἀδελφούς); q. n. d. (delegit D) fratrem suum DU* *Tycon.* (*reg.* 6) *Patric.* (*P. L.* liii. 816) *Caesar.* (*serm.* ccxxi. 3) *cum gr.* P *al.*^{10} ὁ μὴ ἀγ. τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, *cf.* omnis q. n. d. fratrem suum *Maxim.-Taur.* (*P. L.* lvii. 582) *Caesar.* (*serm.* ccxix. 2) *et* > omnis q. fratrem suum n. d. *Faust.* (*serm.* i) *Caesar.* (*serm.* clxxxvii. 4). **manet** (uenit G*) **in morte** (mortem *Lucif. Ath.* ii. 15) *etiam Lucif.* (*Ath.* ii. 15, 16) *Caesar.* (*sermm.* ccxix. 2, ccxxi. 3, ccxxiii. 4), *cf.* permanet in m. (mortem Z* *r**) Z *h r Tycon. Cassiod., cum ord. gr. omn.* μένει ἐν τῷ θανάτῳ—*cf. etiam* manebit in m. *Faust. Caesar.* (*serm.* clxxxvii. 4) *Elig.-Nou.* (*P. L.* lxxxvii. 536): > in m. manet *Patric., cf.* in m. est *Columban.*

15. **omnis** (omnes Z*) **qui** (quod O*) **odit** (hod. CT) **fratrem suum** *etiam Orig.* (*int. matt. comm. ser.* 57) *Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *semel*, 16) *Aug.* (iii. 2. 861) *Caesar.* (*serm.* clxxx. 2) '*Isid.*' (*P. L.* lxxxiv. 459) *cum ord. gr. omn.* πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ—*cf.* q. odit (oderit '*Aug.*' v. *App.* 109) f. s. *ad init. pericopes Lucif.* (*Ath.* ii. 15 *semel*) *Aug.* (*saepissime*) '*Aug.*' (v. *App.* 109, 371) *Cassian.* (*inst.* viii. 20) '*Prosp.*' (*P. L.* li. 763 = *prom. et praed. d.* i. 36) *Ualerian.* (*P. L.* lii. 729, 733) *Saluian.* (*gub. dei* iii. 12, viii. 20) *Patric.* (*P. L.* liii. 816) *Faust.* (*sermm.* vi, xxiv) *Fulg.* (*P. L.* lxv. 557) *Caesar.* (*nonies*) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxvi. 820) '*Isid.*' (*P. L.* lxxxiii. 1135, lxxxiv. 417), omn. enim q. od. f. s. *Aug.* (iv. 110) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxv. 1155), q. enim od. f. s. *ad init. pericopes Hieron.* (*tract. de ps.* cxix) *Aug.* (ix. 174) *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxix. 325), q. autem od. f. s. *Aug.* (ix. 155 *ad init. pericopes*), omn. q. od. f. (*sine* s.) *Bonifac. I-Pap.* (*P. L.* xx. 790), quicumque od. f. s. *Hieron.* (*ep.* xiii. 1), omn. q. non diligit f. s. W, *et* q. non diligit f. s. *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1372 *ad init. pericopes*): > q. f. s. od. *ad init. pericopes Cypr.* (*test.* iii. 3 *codd.* AWLB, *dom. orat.* 24, *zel. et liu.* 11) *Tycon.* (*reg.* 6) *Maxim.-Taur.* (*P. L.* lvii. 382) *Faust.* (*sermm.* i, iii) *Caesar.* (*sexies*) *Elig.-Nou.* (*P. L.* lxxxvii. 535, 617), *cf.* > q. enim f. s. od. *Cypr.* (*test.* iii. 3 *cod.* M *ad init. pericopes*), quomodo f. s. od. *libere Orig.* (*int. leu. hom.* v. 10), *et* > q. f. od. *tantum* '*Maxim.-Taur.*' (*P. L.* lvii. 846); si quis autem od. *tantum Columban.* (*P. L.* lxxx. 251); *deinde* + sine causa *Ualerian.* (*P. L.* lii. 733, *non autem* 729) *Saluian.* (*gub. dei* viii. 20, *non autem* iii. 12) *sine auct. gr.* **homicida est** *etiam Orig.* (*int. leu. hom.* v. 10) = ἀνθρωποκτόνος ἐστίν, *cf.* h. ascribitur *libere Patric.*: homicida *tantum Orig.* (*int. matt. comm. ser.* 57 *in fine pericopes*). **et** (*in ras. scr.* O) **scitis** (-es L; *om.* O) *cum gr. omn.* καὶ οἴδατε, *cf.* et scias *Pirmin.* (*P. L.* lxxxix. 1040): > scitis autem *Columban.* **quoniam** (qm̄ *et* m̄ *in ras.* 3 *litt. scr. diu.*) *etiam Cypr.* (*test.* iii. 3 *cod.* W) '*Isid.*' (*P. L.* lxxxiv. 459), *gr.* ὅτι: quia (*in ras. scr.* U) BKUV *c r Cypr.* (*test.* iii. 3 *codd.* ALMB, *zel. et liu.* 11) *Lucif.* (*Ath.* ii. 15, 16) *Aug.* (iii. 2. 861) '*Prosp.*' *Fulg. Caesar.*

non habet uitam aeternam
in se manentem
16 in hoc cognouimus caritatem
quoniam ille pro nobis
animam suam posuit
et nos debemus pro fratribus
animas ponere
17 qui habuerit substantiam
mundi et uiderit fratrem
suum necesse habere

(*serm.* xxxvii. 6) *Columban.* '*Isid.*' (*P. L.* lxxxiii. 1135, lxxxiv. 417) *Pirmin.*; *om.* O *sine auct. gr.* **omnis** *sec.* (*in ras. scr.* O): omnes *Z**. *h*omicida . . . **uitam**: *def. Z.* **uitam aeternam** (et. OW*Z*; *om. Lucif.* (*Ath.* ii. 16, *non autem* 15) *Baed.* $\frac{6}{8}$) **in se manentem**, u. aet. in semetipso m. BKVW𝔍𝔖ℭ *cod. caraf. p**, *et* u. aet. in se ipso m. *Baed.* $\frac{1}{8}$, *cum ord. gr. omn.* ζωὴν αἰώνιον ἐν ἑαυτῷ (BK *al. plu.* αὐτῷ) μένουσαν: > in se u. aet. m. *Caesar.* (*serm.* xxxvii. 6), *cf.* > in se u. m. *tantum Cypr.* (*test.* iii. 3 *codd.* AWLB, *zel. et liu.* 11) '*Prosp.*' *et* > in se u. aet. *tantum Cypr.* (*test.* iii. 3 *cod.* M).

16. *Ad init.* + et quia *m sine auct. gr.* **in hoc** = ἐν τούτῳ: ex hoc *m Ambrst.* (*in I Cor.* xiii. 13). **cognouimus** *cum gr. omn.* ἐγνώκαμεν: cognoscimus CDΘIT *m r Ambrst. Aug.* (iii. 2. 861) *Fulg.* (*P. L.* lxv. 288) *Baed.* (*hic*). **caritatem** (char. *vg.*; *def. Z*) *sine addit.* DFG*L *Bentl. h Baed.* (*hic* $\frac{5}{8}$) *et* dilectionem *sine addit. Aug.* (iii. 2. 861) *cum gr. paene omn.* τὴν ἀγάπην *tantum, cf.* ueritatem *tantum* I: car. dei ABG^{1}Θ KOUVW *vg. cod. caraf. Tisch. c dem. diu. p Fulg.* '*Defensor*' (*P. L.* lxxxviii. 599) *Baed.* (*hic* $\frac{3}{8}$) *cum gr.* 52 τ. ἀγ. τοῦ Θεοῦ; car. ipsius CT *m Uigil.* (*Uarim.* i. 27) *et* car. eius *Ambrst., sine auct. gr.* **quoniam** (*def. Z*) *etiam Baed.* (*hic*), *cf.* quia (qui *Pel.*^{A}) W *h r Ambrst. Aug.* (iii. 2. 861) *Pel.* (*in Ephes.* v. 2), *cum gr. omn.* ὅτι: sicut *ad init. pericopes Aug.* (*saepissime*) '*Aug.*' (v. *App.* 132) '*Prosp.*' (*P. L.* li. 815, 831 = *prom. et praed. d.* ii. 38, iii. 34) *Baed.* (*P. L.* xciv. 133), *cf.* quoniam sicut *Greg.-Mag.* (*P. L.* lxxvii. 313); quemadmodum *Aug.* (iii. 2. 709, vi. 267 *ad init. pericopes*) *Baed.* (*P. L.* xcii. 841 *ad init. pericopes*); quomodo *Tert.* (*fug.* 12 *ad init. pericopes*; si *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1083 *ad init. pericopes*). **ille pro nobis animam suam** (*om. Z**) **posuit** *etiam Aug.* (iii. 2. 861, vi. 267) *Baed.* (*hic et P. L.* xciv. 133), ipse pro n. an. s. (*om. Uigil.*) pos. *Ambrst. Uigil.*, *et* ille propter nos an. s. pos. *Lucif.* (*Ath.* ii. 16), *cum ord. gr. omn.* ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκεν (4. *al.*^{2} τέθεικεν)—*cf. etiam* christus pro n. an. s. (*om. Aug.* (iv. 980) '*Prosp.*' (*P. L.* li. 831)) pos. *Aug.* (*octies*) '*Aug.*' '*Prosp.*' (*P. L.* li. 815, 831 = *prom. et praed. d.* ii. 38, iii. 34) *Cassiod. Baed.* (*P. L.* xcii. 841): > ille an. s. pro n. pos. *vg. cod. caraf. p*^{c} *Aug.* (iii. 2. 863, x. 68), *cf.* > christus an. s. pro n. pos. *Aug.* (ii. 831, iv. 480, v. 1292, 1293); > pro n. christus an. s. pos. *Aug.* (v. 1045); > qui an. s. pos. pro n. *Aug.* (iv. 530 *ad init. pericopes*), *cf.* > christus an. s. pos. pro n. *Tert., et* qui an. s. pos. pro fratribus suis *Orig.* (*int. leu. hom.* x. 2); *gr.* 31* > ἐκ. ὑπ. ἡμ. τέθεικεν τ. ψ. αὐτ., *non autem latt.* **et nos debemus** *etiam Aug.* (iii. 2. 861) *Baed.* (*hic*) *cum gr. omn.* καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν, *cf.* > d. et n. *Aug.* (iii. 2. 863): sic et n. d. *Aug.* (*saepissime*) '*Aug.*' '*Prosp.*' (*P. L.* li. 831 = *prom. et praed. d.* iii. 34) *Greg.-Mag. et* ita et n. d. *Aug.* (iv. 926) '*Prosp.*' (*P. L.* li. 815 = *prom. et praed. d.* ii. 38), *cf.* sic et n. debeamus *Aug.* (iii. 2. 709) *Baed.* (*P. L.* xcii. 841), *et* sic et n. *tantum Aug.* (vi. 267—*uide infra*) *Baed.* (*P. L.* xciv. 133—*uide infra*), ut et n. *tantum Aug.* (iv. 530—*uide infra*); > d. ergo et n. *Pel.* **pro** (de *h*) **fratribus animas ponere** *etiam Aug.* (*quinquies*) *Baed.* (*hic* $\frac{7}{8}$) *cum gr. omn.* ὑπὲρ (P περὶ) τῶν ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς θεῖναι (KL *al. pler.* τίθεναι), *cf.* pro f. animam pon. I *h Aug.* (iv. 980) *Uict.-Uit.* (*hist.* ii. 33) *Greg.-Mag. Baed.* (*hic* $\frac{1}{8}$), pro f. animas ponamus *Baed.* (*P. L.* xciv. 133—*uide supra*), *et* pro f. animam ponamus *Aug.* (vi. 267—*uide supra*)—*cf. etiam* > animas pro f. ponere *Aug.* (*octies*) *Baed.* (*P. L.* xcii. 841) *et* > animam pro f. ponere *Aug.* (iv. 926): pro f. nostris animas nostras ponere BFKUV *m*, *cf.* pro f. nostris animas ponere D *p Pel.*, *et* pro f. animas nostras ponere *Lucif.*; > animas nostras pro f. ponere *Aug.* (v. 1292), *cf.* > animam nostram pro f. ponamus *Aug.* (iv. 530—*uide supra*).

CFGΘ*LT *p Baed.* $\frac{1}{8}$) **qui amat primatum gerere** (genere A *Baed.* $\frac{2}{8}$), *cf.* is q. am. principatum g. D, > q. primatus agere cupit (*sine* is) *Hieron.* (vii. 702), *et gr. omn.* ὁ φιλοπρωτεύων: hiis q. amant primatum g. W. **in eis**: eorum *Hieron.* (vii. 702) *cum gr. omn.* αὐτῶν. diotriphes D, diotrepes BGIKOUW𝔖𝔊, diotripes AL, diotrepis V, diutrepes Θ—*adnotat Luc. Brug.* 'Diotrephes. *Nominis huius proprii antepenultima littera est* φ, phi, *adspirata, non* π, pi, *tenuis.*' **recipit** *cum gr. omn.* ἐπιδέχεται: recepit BFL *Baed.* $\frac{4}{8}$.

10. **propter hoc** *et gr.* διὰ τοῦτο: propterea *Hieron.* (vii. 702); *om.* D*. **si**, *gr.* ἐάν (A ἄν): quum *Hieron.* **commoneam** (ex commoniam D), *gr.* ὑπομνήσω: commonebo 𝔖𝔈, *cf.* admonebo *Hieron.*—*adnotat Luc. Brug.* '*Non scribas* commoneam.' **eius opera** (hop. C) *cum ord. gr. omn.* αὐτοῦ τὰ ἔργα: > op. eius D *p Baed.*; *deinde* + maligna T^{c} *sine auct. gr.* que ILOW. **facit** *cum gr. omn.* ποιεῖ: fecit DL *Baed.* $\frac{1}{8}$. **uerbis malignis** *cum ord. gr. omn.* λόγοις πονηροῖς: > malis uerbis *Hieron.* **garriens** *cum gr. omn.* φλυαρῶν, *cf.* detrahens *Hieron. et* derogans C$^{mg.}$: garrientes I. **in nos** *cum gr.* C εἰς ἡμᾶς: de nobis *Hieron.*; *gr. paene omn.* ἡμᾶς *tantum, non autem latt.* **et quasi non ei** (eis I) **ista sufficiant**: > et q. n. ista ei suff. *c*; > et q. ista n. ei suff. W; > et q. ei n. ista suff. *diu.*; > et n. suff. ei *tantum Hieron.*; *gr.* καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις. **nec** (neque BKOV *vg.*) **ipse** (*om.* O) **suscipit** (suscepit F) *cum gr. omn.* οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται: quod ipse non recepit *Hieron.* **et** *sec.* = καί: sed et *Hieron.* **eos qui cupiunt** (capiunt G*), *cf.* uolentes *Hieron.*, *et gr. paene omn.* τοὺς βουλομένους: eos q. suscipiunt (suspiciunt Θ) BCΘIKLOTVW *vg. cod. caraf. c dem. diu. p et gr.* C 5. 7. 27. 29. 66** τοὺς ἐπιδεχομένους. **prohibet** (proib. CT) *cum gr. omn.* κωλύει: prohibuit D. **de ecclesia** (aecl. CD, aeccl. L, egl. T, ecclesiae B) *cum gr. plur.* ἐκ τῆς ἐκκλησίας: *gr.* ℵ 2. 3. *al.*^{10} τῆς ἐκκλ. *tantum.* **eicit** (eiicit *vg.*) *cum gr. omn.* ἐκβάλλει: eiecit BV; iecit D.

11. **carissime** (kcar. C, char. *vg.*, kr̃e OW) *cum gr. omn.* ἀγαπητέ: carissimi D. **noli imitari** (immit. W, inmit. L, emit. F*; imitare C *Baed.* $\frac{2}{8}$; i *tert. in ras. scr.* U) **malum** *et gr. omn.* μὴ μιμοῦ τὸ κακόν, *cf.* nolite emittari malignum D: noli mirare malum G. **sed**: + potius CT *p sine auct. gr.* **qui bene facit** (benefacit *uno uerbo* 𝔖𝔈) *et gr. omn.* ὁ ἀγαθοποιῶν, *cf.* q. enim b. f. CT *p*: q. b. dixit B. **est** *sec.*: + et D *sine auct. gr.* **qui male facit** (malefacit *uno uerbo* 𝔖𝔈) *et gr. paene omn.* ὁ κακοποιῶν: q. autem m. f. CT *p et gr.* L 31 ὁ δὲ κακ. **non uidit** *cum gr. omn.* οὐχ ἑώρακεν (B* ἑόρακεν), *cf.* inuidit O*: n. uidet AΘ O^{c}W𝔖𝔖; n. uidebit L. **deum** (*in ras. scr.* U, *in ras. longiore scr.* O) = τὸν Θεόν: eum BKV—*adnotat Luc. Brug.* '*Non mutes* deum *in pronomen* eum.'

12. *Ad init.* + de DT *sine auct. gr.* **ab** (*om.* Θ*; *deinde* + a *erasa* A) **ipsa ueritate** *et gr. paene omn.* ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας: *gr.* A* ὑπ' αὐτ. τ. ἐκκλησίας *et* C ὑπὸ αὐτ. τῆς ἐκκλησίας καὶ τ. ἀλ. *apud latt. non redduntur.* **et** *sec.* = καί: sed O; sed et GT *vg. cod. caraf. Bentl. p.* **nos** (*om.* D) **testimonium perhibemus** (perib. CT): nos autem t. p. FΘLU *Tisch. cum gr. omn.* ἡμεῖς δὲ μαρτυροῦμεν. **et** (ei L) **nosti** *cum gr.* ℵABC *al. plus*^{20} καὶ οἶδας: et nostis D *cum gr.* KLP *al. longe plu. κ.* οἴδατε; *gr.* 14**. 38. *al.*^{3} *κ.* οἴδαμεν *apud latt. non redduntur.* **testimonium nostrum uerum est** *cum ord. gr. fere omn.* ἡ μαρτυρία ἡμῶν ἀληθής ἐστιν: *gr.* C > ἀλ. ἡμ. ἐστ. ἡ μ., 68 > ἀλ. ἐστ. ἡμ. ἡ μ., *et* 31 > ἀλ. ἐστ. ἡ μ. ἡμ.

13. **multa**: + quidem CDT *p sine auct. gr.* **habui** *et gr. omn.* εἶχον: habeo I. **scribere tibi** *pr. cum gr.* ℵABC *al.*^{10} γράψαι σοι, *cf.* > t. scr. *vg. cod. caraf. p*: *gr.* KLP *al. pler.* γράφειν (*sine* σοί), *non autem latt.* **sed**: *om.* I *sine auct. gr.* **nolui** *cum gr.* A οὐκ ἐβουλήθην *et* 27 οὐκ ἤθελον: nolo IT *cum gr. fere omn.* οὐ θέλω. adramentum L. **scribere tibi** *sec. cum ord. gr.* A 13. 73 γράφειν (13 γράψαι) σοι: *gr. paene omn.* > σοι γράφειν (KLP *al. pler.* γράψαι), *et* 4. 16

[14] spero autem protinus
te uidere et os ad os loquemur

[15] pax tibi salutant te amici
saluta amicos per nomen.

EXPLICIT EPISTULA IOHANNIS TERTIA

γράψαι (*sine σοί*), *non autem latt.*; *om.* W *dem. sine auct. gr.* **sed . . . tibi** *sec.*: *om.* U* *per homoioteleuton. Cf.* II Ioh. 12.

14. **autem**: + me CT *p sine auct. gr.* **te uidere** *et* te uisurum CT *p cum ord. gr.* ABC 5. *al.*[2] σε ἰδεῖν: *gr.* ℵKLP *al. pler.* > ἰδ. σε, *non autem latt.* **os** (hos C) **ad os** (hos C) *cum gr. omn.* στόμα πρὸς στόμα: ore ad os *p.* **loquemur** *cum gr. fere omn.* λαλήσομεν (K 23. *al.*[4] λαλήσωμεν): loquimur FLU* *diu.**; loqui COTW; *deinde* + tecum CT *sine auct. gr.*

15. **pax tibi** *cum gr. omn.* εἰρήνη σοι: pax sit tibi *Baed.* $\frac{8}{8}$; *om.* L *Baed.* $\frac{1}{8}$. **amici** (ham. C, amihi T) *cum gr. plur.* οἱ φίλοι: *gr.* A 3. 13. *al.*[4] οἱ ἀδελφοί; *deinde* + tui DL *sine auct. gr.* **saluta**: + tu BCDKLOTU^{c}VS *p sine auct. gr.* **amicos** (ham. C) *cum gr. omn.* τοὺς φίλους (33. *al.*[2] ἀδελφούς) *tantum*: omnes amicos U. **per nomen** *cum gr. omn.* κατ' ὄνομα: nominatim BC KTOV *vg. cod. caraf. c diu. Baed.* $\frac{1}{8}$; nominatos *p*; *deinde* + uale amen CT, *cf. gr.* L 15. 26 *qui add.* ἀμήν.

explicit (explic̃ L) **epistula** (-tola U, aepistola C, epīs I, epla L *c*, epl· G) **iohannis** (iohān U, ioh̄ I, ioh̃ L) **tertia** (-cia *c*, t̄tia L, III G, $\overline{\text{III}}$ I, ·III· A U) CGILU *c*: expl epla ioh̃is apli ·III· *diu.*; explicit (explic̃ V, exp̄l K) epistola (epistl K, ep̄l V) tertia BKV; exp· epistula sci· iohannis tertia F; exp̄ III $\Theta^{mg.}$; explicit *tantum p*; finit amen D; *nihil habent* AΘ*OTW *vg. Tisch. dem.*

EPISTULA IUDAE.

Ordinem (α) *Argumentum*, (β) *Capitula exhibent* U; (α) *Argumentum*, (β) *Aliud Argumentum* ϛ; *Argumentum tantum* W *c*; *Capitula tantum* ABCFΘIKTV: *nihil habent* DGLO𝔐𝔖𝔗 *Tisch. dem. diu. uett.*

ARGUMENTUM IN EPISTULAM IUDAE.

Praefatio haec, quae ex catalogo Hieronymiano 'De uiris illustribus' est desumpta, in codice W *et in* ϛ *continetur. In* ϛ *primum obtinet locum.*
Impressimus e ϛ.

Inscr. hieronymus in catalogo scriptorum ecclesiasticorum ϛ; *nihil habet* W.

IUDAS frater Iacobi paruam quidem, quae de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, a plerisque reiicitur: tamen authoritatem uetustate iam et usu meruit, et inter sanctas Scripturas computatur.

1. **iacobi**: + unam W. **quidem quae**: *om.* W. VII. W. **est**: *om.* W. eplam W.
2. **quia**: qui W. apocrifus W. assumpsit W.
3. reicitur W. auctoritate, *deinde* + et W. **iam**: *om* W. m̄uit W.
4. **et**: ut W. cōputetur W.

Subscr. nihil habent Wϛ.

ALIUD ARGUMENTUM IN EPISTULAM IUDAE.

Praefatio haec continetur codicibus nostris U *c et in* ϛ; *impressit etiam Thomasius*, I, *p.* 380, *e codd. Orat.* B. 7, *Uatic.* 4221, *Reg. Suetiae, S. Petri* A. 1, *et Sanctae Mariae ad Martyres.*
In ϛ *secundum obtinet locum.*
Impressimus e ϛ *uariantibus lectionibus codicum in apparatu critico adhibitis.*

Inscr. incip̄ argum̄tum in epl̄a iudae *c*; argumentum in epistolam iudae apostoli ϛ; incipit prologus U.

IUDAS Apostolus fratres de corruptoribus uiae ueritatis ita informat, ut illicitum esse dissertet de sub iugo semel erutos seruitutis, denuo operam suam officiis nauare seruilibus.

1. corruptionibus U. infirmat U*.
2. inlicitum U. **dissertet** (desertet U): decertet *c*. subiugo *uno uerbo* U. **erutos seruitutis**: eluditus U.
3. afficiis U. **nauare**: nauigare U; inherere *c*.

Subscr. expl̄i prol̄ U; *nihil habent* ϛ *c*.

CAPITULA IN EPISTULAM IUDAE.

pitula exstant in codicibus nostris ABCFΘIKTUV.
sunt in DGLOWZ *vg. Tisch. c dem. diu. uett.*
scr. incipiunt capitulai A; incipiunt capl̄ iudae· V; incpn̄t captl̄ epistl̄ sc̄i iudae K; incpn̄t capl̄ in epistl̄ sc̄i iudae B; incipiunt capitula e iudae apostoli Θ; incipiunt kapitulae in aepistola iudae apostholi C; incipit capitulatio in epistola iude T; incipiunt capitulationes U; nt breues epistulae iudae F; incīp̄ tituli ep̄is iudae apli I.
st unumquodque capitulum addidimus uerss. Epistulae.

A	BFΘIKU	CT	V
Edidimus e codice ipso.	*Edidimus e codice* F, *uariis lectionibus codd. rell. in calce paginae subiunctis, iis exceptis quae ad meram orthographiam spectant (cf etiam Thomasium,* I, *p.* 380, *qui capitula e codd. Orat.* B. 7, *Uatic.* 4221, *Reg. Suetiae, S. Petri* A. 1, *et Sanctae Mariae ad Martyres impressit).*	*Edidimus e codice* C, *uariis lectionibus cod.* T *in calce paginae subiunctis, iis exceptis quae ad meram orthographiam spectant.*	V *Cod. S. Pauli, apud Thomasium,* I, *p.* 371. *Impressimus e codice* V.
las scribit (+ de A*) his (*om.* A*) in caritate sti sunt de salute com- ni et de quosdam ne- tes dominum nostrum m christum (1).	I. De falsis doctoribus negatoribus scilicet christi inpudicis (1).	I. Commonens ut permaneamus in fide . Et de peruersis doctoribus instruit . aexempla sumens de his qui in heremo peccauerunt . Et de angelis deprauatis . et de psodomitis . et de Michaelo arcangelo et de diabulo (3).	I. Iudas apostolus fideles salutans ab hereticorum se luxoria et blasphemia seruare deprecatur (1).
monens autem quod s populum de terra ae- saluans eos qui non liderunt perdidit et ange- qui suum principem nderunt sub caligine re- uit (5).	II. De praeuaricatione eorum qui eruditi ab intricationibus mundi delinquunt (5).		II. Plura de scripturis quae his conueniant exempla perditionis impiorum colligit (5).
odomae et Gomorrae et timae ciuitatis conparara nicatores et michael arch- elus cum diabulo dispu- s et cetera (7).	III. De carnalibus desideriis et ignorantiae blasphemiis (7).	II. De peruersitate doctorum quos uiam Cayn et Balaam et choreae dicit secutos . semedipsos pascentes . quos nubes sine aqua et arbores autumnales et fluctus maris et sidera errantia appellat (10).	
Uia cain et errore balaam core perierunt qui macu- con(+ *ras.* 2 *litt.*)uiuentes t (11).	IIII. De impiorum exitiis et intolerabilibus poenis (11).		III. Item mores ipsorum perfidos rebus infructuosis ua-

Notae ad codd. BFΘIKU. II. eruditi: di *sup. ras. scr.* U. intricatoribus I; altricationibus B. III. blasphemus B. IIII. imperiorum exitus K; exitu Θ.
Notae ad codd. CT. I. et *pr.*: *om.* T.

A	BFΘIKU	CT	V *Cod. S. Pauli.*
V. Septimus post adam prophetauit enoch et cetera (14).	V. De praedictis prophetiae enoch (14).	III. De prophetia Enoch in huiusmodi homines quos murmuratores et personarum acceptores dicit. Et hut hapostolica praecepta seruemus. Et inlusoribus non credamus (14).	gisque conferens quae de interitu eorum prophetarit adiungit (1
VI. In nouissimis diebus erunt inlusores a quibus obseruari debere (17).	VI. De inrisoribus falsis dumtaxat doctoribus fugiendis (17).		IIII. Meminisse nos a licae doctrinae atqu errore quos ualemus gere iubens epistolam i laude concludit (17).
VII. Ei tantum oboedire qui potest nos conseruare inmaculatos (24).	VII. De inenarrabili gloria saluatoris et epistulae fine (24).	IIII. Ut in fide et dilectione Dei permanentes redarguamus malos. saluemus pereuntes. misereamur ceteris carnalem maculam hodientes (20).	

Notae ad codd. BFΘIKU. VII. de enarrabili U*. **saluatoris**: is *in ras. longiore scr.* U. **et**: in Θ. finem BIK *et* > finem epistu
Notae ad codd. CT. IIII. masculam T.

Subscr. expliciunt (ex̄p A) capitula AB; expliciunt breues V; expliciunt breues epistulae iudae. F; explic̄ tituli iudae ap̄li I; explnt̄ K C; *nihil habent* ΘTU.

ELENCHUS CODICUM NOSTRORUM IN EPISTULA IUDAE.

1. A. Cod. *Amiatinus* s. VII ex. uel VIII in. = A. Euang. (uide uol. I, p. xi); contulit H. J. W.
2. B. Cod. *Bambergensis* s. IX = B Epp. Paul. et Act. (uide I, p. 674, et III, p. v); contulit H. F. D. S.
3. C. Cod. *Cauensis* s. forsan IX = C Euang. (uide I, p. xi); contulit J. S.
4. D. Cod. *Ardmachanus* s. IX in. = D Euang. (uide I, p. xi, II, p. 292, et III, p. v); edidit J. Gwynn, Dublini 1913.
5. F. Cod. *Fuldensis* s. VI = F Euang. (uide I, p. xii); edidit E. Ranke, Marburgi et Lipsiae 1868.
6. G. Cod. *Sangermanensis* s. IX = G et g_1 Euang. (uide I, p. xii); contulit H. J. W.
7. Θ. Cod. *Theodulfianus* s. IX = Θ Euang. (uide I, p. xii); exemplar photographicum contulerunt A. Ramsbotham et H. F. D. S.
8. I. Cod. *Iueueniani Uallicellanus* B. 25. s. VIII–IX = I Act. (uide III, pp. vi, vii); exemplar photographicum contulerunt A. Ramsbotham et H. F. D. S.
9. K. Cod. *Karolinus* s. IX = K Euang. (uide I, p. xii); contulit F. G. Harvie.
10. L. Cod. *Lemouicensis* s. VIII–IX (nunc Par. Lat. 2328; cf. Berger *Hist. de la Vulg.* pp. 83, 405); contulit G. M. Youngman.
11. O. Cod. *Oxoniensis* (*Laud. Lat.* 43) s. XII–XIII; edidit E. S. Buchanan, Lond. 1916, denuo contulit H. F. D. S.
12. T. Cod. *Toletanus* s. VIII = T Euang. (uide I, pp. xiii, xiv); contulit J. S.
13. U. Cod. *Ulmensis* s. IX = U Epp. Paul. et Act. (uide III, p. viii); contulerunt F. G. Harvie et H. F. D. S.
14. V. Cod. *Uallicellanus* s. IX = V Euang. (uide I, p. xiv); contulit J. S.
15. W. Cod. *Sarisburiensis* s. XIII = W Euang. (uide I, p. xiv); contulit H. F. D. S.
16. *c.* Cod. *Colbertinus* s. XIII = *c* Euang. (uide I, p. xxxi, et II, p. 62); contulit H. J. W.
17. *dem.* Cod. *Demidouianus* s. XIII apud C. F. Matthaei *Test. Nou.*, Rigae 1782.
18. *diu.* Cod. *Diuionensis* 9 (*bis*) a. 1109, dictus Cod. S. Stephani Harding; exemplar photographicum contulerunt A. W. A. et H. F. D. S.
19. *m.* Lectiones e libro *de diuinis scripturis siue Speculum* = *m* Euang. (uide I, p. xxxii).
20. *p.* Cod. *Perpinianus* s. XIII = *p* Act. (uide III, p. x); edidit E. S. Buchanan (*The Journal of Theological Studies*, xii, Oxon. 1911, pp. 497 seqq.).
21. *t.* Lectiones e libro qui dicitur *Liber Comicus* etc. (uide III, p. x).

De siglis 𝔗𝔘𝔖𝔈, *vg.*, *cod. caraf.*, *Bentl.*, *Tisch.*, etc., uide uol. I, pp. xxviii seq.

EPISTULA IUDAE.

Epistula Iudae in his codicibus sine lacuna exstat:—ABCDFGΘIKLOTUVW *c dem. diu. p. Def.* HZ; *h* (= *Fragmenta Floriacensia rescripta*), *r* (= *Fragmenta Frisingensia*) *et s* (= *Fragmenta Uindobonensia*) *nihil, m* (= *lectiones e libro* '*de diuinis scripturis siue speculum*') *et t* (= *lectiones e lectionario qui dicitur* '*liber comicus*') *pauca tantum continent. Itaque in hac epistula codices Hieronymiani* (*inter quos c dem. diu. sine dubio numerandi sunt*) *et ueteres unus et uiginti nobis praesto sunt. Uariantes lectiones ex ueteribus perpetuo citauimus, iis discrepantiis tantum omissis quae ad meram orthographiam spectant.*

Ordo stichorum e codice Amiatino est.

Patres citauimus tantum ubi a textu nostro dissentiunt et plerumque uel ex editione Uindobonensi (= *Corp. Scr. Eccl. Latt.*) *uel ex ed. Migne* (= *Patrologia Latina*)*; Augustinum semper ex ed. Benedictina* (*Paris.* 1679)*; Hieronymum partim ex ed. Uallarsii* (*Ueronae* 1734)*, partim ex ed. Uind. nondum ad finem perducta; Origenis interpretes partim ex ed. Delarue* (*Paris.* 1733)*, partim ex ed. Berolinensi nondum ad finem perducta* (= '*Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte*', *uoll.* xxii *etc.*).

Textum Baedae commentarii in Epistulam e noua octo codicum conlatione congessimus, quorum septem nobis praesto erant Oxonii in bibliotheca Bodleiana seruati sub nota (i) *Bodl.* 849 (A.D. 818), (ii) *Laud. Misc.* 442 (*s.* ix), (iii) *Jesus* 69 (*s.* xi), (iv) *Jesus* 70 (*s.* xii), (v) *Laud. Misc.* 78 (*s.* xii), (vi) *Ball.* 177 (*s.* xii *ex.*), (vii) *Linc. Lat.* 31 (*ss.* xii–xiii)*; octauus uero in bibliotheca collegii Orielensis repositus sub nota* '*xxxiv*' (*s.* x)*: quos omnes contulit Claudius Ienkins huius editionis gratia.*

Inscr. incipit (incīp V *c*, incp̄ K) epistula (-tola V *p*, epistl̄ K, epīst A, epla *c*) iudae (iude *p*) AKV *c p*; incipit epistola sc̄i iudae B; incipit (inciṗ L *diu.*) epistola (aep. C, aepīs D, epla L *diu.*, ep̄ G) iudae (iude *diu.*) apostoli (apos̄ D, apstl̄ Θ, apt̄i L *diu.*) CDGΘL *diu.*; incipit epistola ·s̄· iudae apli U; incipit epstla iude apstli ad gentes T; incipit liber iudae *dem.*; inc eiusdem epistula· F; incīp textus eiusdē epist̄ I; epistula (-tola *Bentl.*) iudae *Bentl. Tisch.*; epistola canonica (catholica ℭ) beati iudae apostoli 𝔖ℭ; iudae apostoli epistola catholica 𝔗𝔎; *nihil habent* OW.

INCIPIT EPISTULA IUDAE.

[1] Iudas iesu christi seruus frater
autem iacobi his qui in deo
patre dilectis et christo iesu
conseruatis uocatis
[2] misericordia uobis et pax
et caritas adimpleatur.

1. *Priora uerba litteris uncialibus uel rubris scripta habent* Θ (iudas . . . patre), B (iudas . . . qui), *diu.* (iudas . . . autem), AF (iudas . . . frater), *vg.* (iudas). **iudas** (udas *tantum* O): + apostolus U *sine auct. gr.* **iesu** (ih̄u *ex* ioh̄ A) **christi** *cum ord. gr.* ℵABL *al. plu.* Ἰησοῦ Χριστοῦ: > ch. ie. T *dem. diu.** *cum ord. gr.* KP *al. fere*[25] Χρ. Ἰησ. **frater**: *om.* D. **autem** *cum gr. omn.* δέ: *om.* OW *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1375 *comm., non autem lemm.*). **iacobi**: *gr.* 27. 29. 66* + τοῖς ἔθνεσιν, *non autem latt.* **his** (hiis W, ʰiis T) **qui** (+ sunt O* *vg. cod. caraf.*) **in deo** (domino deo D) **patre dilectis** *cum gr.* ℵAB 5. *al.*[6] τοῖς ἐν Θεῷ πατρὶ ἡγαπημένοις, *cf.* in deo (domino *Cassiod.*) p. dil. *tantum* C *Aug.* (iii. 2. 932) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1375 *lemm.*), *et* omnes qui in deo p. dilecti sunt *libere Orig.* (*int. matt. comm. ser.* 51): his qui in deo predictis I*; *gr.* KLP *al. pler.* τοῖς ἐν Θ. π. ἡγιασμένοις (57 προηγιασμένοις) *apud latinos non redduntur.* **et christo iesu conseruatis** BKOUV *vg. cod. caraf. c contra ord. gr.*: > et ie. ch. c. *codd. plur. Bentl. Tisch. diu. p Aug. Baed. cum ord. gr. paene omn.* καὶ Ἰησοῦ Χριστῷ (*min.*[12] Χριστοῦ) τετηρημένοις, *cf.* et in ie. ch. c. W *dem. Lucif.* (*non conu.* 15), *et* et in ie. ch. sunt conseruati *libere Orig.*; *gr.* 163 *om., non autem latt.* **uocatis** (*om.* T*) *cum gr. omn.* κλητοῖς *tantum*: et u. BΘ[c]KOUVW *vg. cod. caraf. c dem. diu.*[c] *p Aug. Baed.* $\frac{1}{8}$, *cf.* uocatisque D *Baed.* $\frac{7}{8}$.

2. **uobis**: *om.* B *sine auct. gr.* **et** *pr.*: *om.* O*W *cum gr.* K 100. *al.*[6]; *deinde gr.* 163 + ἐν κυρίῳ, *non autem latt.* et (*om.* B) **caritas** (char. *vg.*) *cum gr. omn.* καὶ ἀγάπη: *om.* OW. **adimpleatur** (adinp. CDFL), *cf.* impleatur *p*: multiplicetur *Lucif.* (*non conu.* 15); *gr.* πληθυνθείη—*cf.* I Pet. i. 2 *et* II Pet. i. 2.

3 Carissimi omnem sollicitudinem faciens scribendi uobis
de communi uestra salute
necesse habui scribere
uobis
deprecans supercertari
semel traditae sanctis fidei
4 subintroierunt enim
quidam homines
qui olim praescripti sunt
in hoc iudicium impii
dei nostri gratiam transferentes
in luxuriam
et solum dominatorem
et dominum nostrum iesum christum negantes.
5 Commonere autem uos uolo
scientes semel omnia
quoniam iesus populum
de terra aegypti saluans
secundo eos qui non crediderunt perdidit
6 angelos uero qui non seruauerunt suum principatum

---

3. **carissimi** (i *tert. supersc.* A[1], char. *vg.*, kcar. C, kīi OW), *gr.* ἀγαπητοί: dilectissimi *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1375). solicitudinem DL *vg.* **scribendi uobis** (uos l): *gr.* γράφειν (ℵ τοῦ γρ.) ὑμῖν. **de communi** (-moni D, -muna V*) **uestra salute** (-tae L) *et gr.* 6. 7. 25. 31. 56 περὶ τῆς κοινῆς ὑμῶν σωτηρίας: de c. nostra s. *Bentl. Lucif.* (*non conu.* 15) *et gr.* ℵABC[ut udtur] 5. *al.*[12] π. τ. κ. ἡμῶν σ.; *gr.* KLP *al. longe plu.* π. τ. κ. σ. *tantum apud latinos non redduntur*; *deinde gr.* ℵ + καὶ ζωῆς, *non autem latt.* **necesse habui** (ab. C) **scribere uobis** *cum gr. omn.* ἀνάγκην ἔσχον γράψαι (ℵ γράφειν) ὑμῖν: *om. Lucif., neque citat Baed.* **deprecans** (depraec. ABCFILT) = παρακαλῶν: deprecor *Lucif.* **supercertari**, *cf.* concertari CT, *et gr.* ἐπαγωνίζεσθαι: supercertare G *Bentl.*, *cf.* decertare *p*, *et Luc. Brug.* '*Nihil opus est actiua forma scribere* supercertare: *interpres enim usus est uerbo* supercertari, *ut deponenti, quemadmodum alias*'; ut perlaboretis *Lucif.* **semel** (saem. C; *om. dem.*) **traditae** (-te BLOW) **sanctis fidei** (-daei G) *cum gr. omn.* τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει: s. tr. sanctae f. DΘ*I *dem. p*; s. tr. societati *Lucif.*

4. **subintroierunt** (-trohierunt L), *gr.* παρεισέδυσαν (B παρεισεδύησαν): subintrauerunt *Lucif.* (*non conu.* 15). **qui olim praescripti** (-scribti F, p̄scripti W; proscripti O) **sunt in hoc iudicium** (-tium W; iudicio G*ΘO) **impii** *et* olim quidem pr. ad hoc iud. imp. *Lucif. cum ord. gr.* οἱ (ℵ + καὶ) πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα ἀσεβεῖς: > impii (inp. C) qui olim (hol. C) praescripti (conscripti *p*) sunt in hoc (*om. p*) iudicium (iudicio p^c) CT *p contra ord. gr.*; qui ollim praescripti sunt in h. iud. (*sine* imp.) D. **dei** (domini ☧ *Baed.* $\frac{7}{8}$; dñi dei p^c) **nostri gratiam** (-ciam O) **transferentes** *cum gr. omn.* τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν (AB χάριτα) μετατιθέντες: qui d. gr. transferunt (*sine* n.) *Lucif.* **in luxuriam** (luxor. B*CDΘLV), *gr.* εἰς ἀσέλγειαν: ad inpudicitiam *Lucif.* **solum** (-lim B*) **dominatorem** et (*om.* A*FLV *Baed.* $\frac{2}{8}$) **dominum nostrum** (*om.* L) **iesum christum negantes** *cum gr.* ℵA BC *al.*[25] τὸν μόνον δεσπότην καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χρίστον ἀρνούμενοι, *cf.* qui est dominator noster et dominus iesus christus eum neg. (*sine* s.) *Lucif.*: dominatorem et deum nostrum iesum christum neg. *Fulg.* (*P. L.* lxv. 712), *cf. gr.* KLP *al. plu.* τ. μ. δεσ. Θεὸν κ. κύρ. ἡμ. Ἰησ. Χρ. ἀρν. *et* 42. 57. *al.* τ. μ. Θεὸν καὶ δεσ. τ. κύρ. ἡμ. Ἰησ. Χρ. ἀρν.

5. **commonere** (ὑπομνῆσαι): admonere *Lucif.* (*non conu.* 15). **autem** *cum gr. plur.* δέ: itaque *Lucif. cum gr.* C οὖν; *om. Hieron.* (vii. 412) *cum gr.* 36. **uolo**: + dicens *Lucif. sine auct. gr.* **scientes**: *gr.* ℵKL *al. plu.* + ὑμᾶς, *non autem latt.* **semel omnia quoniam iesus** *cum ord. gr.* ABCL *al. pler.* ἅπαξ πάντα (L *al. plu.* τοῦτο) ὅτι Ἰησοῦς (C*[ut udtur] κύριος, L *al. plu.* ὁ κύριος, C[2] 5. 8 ὁ Θεός): > omn. q. deus (iesus *c*) semel (saem. C) CT *c p cum ord. gr.* ℵ 68 π. ὅτι ὁ (ℵ *om.*) Θεὸς (ℵ κύριος) ἅπ.; omn. q. iesus *tantum* D *et* omn. q. deus *tantum Lucif.*, *cf. gr.* 163 π. ὅτι ὁ κύριος (*sine* ἅπ.); *gr.* K 22. 80. 100 τοῦτο ἅπ. ὅτι ὁ κύριος *apud latinos non redduntur.* **populum**: + suum *Lucif. sine auct. gr.* aegipti D, egypti O, egipti W. **saluans** = σώσας: saluum fecit *Lucif.* **secundo** (secd̄ L), *cf.* secundum *Lucif.*, *et gr.* τὸ δεύτερον: deinceps secundo *bis reddens* D; *deinde* + autem *Lucif. sine auct. gr.* **eos qui non crediderunt**: non credentes *Lucif.*; *gr.* τοὺς μὴ πιστεύσαντας. **perdidit**, *gr.* ἀπώλεσεν: perdiderit *c.*

6. anguelos D, angelus F*. **uero** *cum gr.* A 54. 137 δέ: quoque *m Orig.* (*int.* iv. 510, 549) *Lucif.* (*non conu.* 15) *Hieron.* (vii. 383) *Uigil.* (*infra*) *cum gr. plur.* τε; enim *Orig.* (*int. ezech. hom.* iv. 1 = *Hieron.* v. 916) *sine auct. gr.* **qui non** (*om.* O) **seruauerunt** (e *pr. in ras. scr.* K, -berunt T; seruauerint *libere Hieron.* (vii. 383)): non custodientes *Orig.* (*int. ezech. hom.* iv. 1 = *Hieron.* v. 916); *gr.* τοὺς μὴ τηρήσαντας. **suum principatum** *et ord. gr. omn.* τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν:

sed dereliquerunt suum
domicilium
in iudicium magni diei uinculis
aeternis sub caligine reseruauit.
7 Sicut sodoma et gomorra
et finitimae ciuitates
simili modo exfornicatae
et abeuntes post carnem alteram
factae sunt exemplum ignis
aeterni poenam sustinentes
8 similiter et hii carnem
quidem maculant
dominationem autem spernunt
maiestatem autem blasphemant
9 cum michahel archangelus
cum diabolo disputans

> pr. s. *Orig.* (*int. ezech. hom.* iv. 1 = *Hieron.* v. 916, *et Del.* iv. 510, 549) *Hieron.* (vii. 383) *Baed.* $\frac{1}{8}$ *et* > ordinem s. *m Lucif.*; sedem *libere Ambr.* (*infra*). **dereliquerunt** (dirilinq. D, derelinq. L*), *cf.* reliquerunt *m* p^{e} *Cassian.* (*conl.* viii. 8): relinquentes *Hieron.* (vii. 383), *cf.* deserentes *Orig.* (*int. ezech. hom.* iv. 1 = *Hieron.* v. 916), *et gr.* ἀπολιπόντας (L *al.*^{2} ἀπολειποντας *sic*). **suum domicilium**, proprium d. *Orig.* (*int.* iv. 510) *Hieron.* (vii. 383), *et* proprium habitaculum (+ suum *teste Uall.*) *Orig.* (*int. ezech. hom.* iv. 1 = *Hieron.* v. 916), *cum ord. gr.* τὸ ἴδιον οἰκητήριον: > domicilium suum *Orig.* (*int.* iv. 549) *Cassian. et* habitaculum s. *m Lucif. contra ord. gr.*; *deinde* + deus *Orig.* (*int.* iv. 510). **in iudicium** (-tium W) *etiam Orig.* (*int.* iv. 549), *cf.* ad iud. *Orig.* (*int.* iv. 510), *et gr. omn.* εἰς κρίσιν: in iudicio *Orig.* (*int. ezech. hom.* iv. 1 = *Hieron.* v. 916) *Hieron.* (vii. 383), *cf. Uigil.* (*infra*). **magni diei** *et* magnae diei *Orig.* (*int. ezech. hom.* iv. 1 = *Hieron.* v. 916) *cum gr. omn.* μεγάλης ἡμέρας, *cf.* > diei magni BKU^{c}V: magni dei CTOWϚ *m* p^{*} *Lucif. Baed.* $\frac{3}{8}$. **uinculis aeternis** (haet. C, et. OW) *et* u. sempiternis *Orig.* (*int. ezech. hom.* iv. 1 = *Hieron.* v. 916) *cum ord. gr. omn.* δεσμοῖς (13 + ἀλύτοις καὶ) ἀϊδίοις: > aeternis u. *Orig.* (*int.* iv. 510, 549); u. *tantum m Lucif.*; catenis igneis *libere Uigil.* (*infra*); *deinde* + in tartaro constrictos *Orig.* (*int.* iv. 510), + constrictos *tantum Orig.* (*int.* iv. 549), + eos sanctorum angelorum *m Lucif., sine auct. gr.* **sub caligine**: s. tenebris *Orig.* (*int. ezech. hom.* = *Hieron.* v. 916), *cf.* s. tenebras *m Lucif. et gr. omn.* ὑπὸ ζόφον; *deinde* + iudicio (iudicii U*) BKUV p^{e} *sine auct. gr.* **reseruauit** *et* seruauit *Lucif. cum gr. omn.* τετήρηκεν: reseruabit T *m et* seruabit *Orig.* (*int. ezech. hom.* iv. 1 = *Hieron.* v. 916); reseruantur *Hieron.* (vii. 383). *Libere citant Ambr.* (*luc.* iv. 67) 'cum ipse satanas et angeli sui sedem quam acceperunt seruare non possint', *et Uigil.* (*Uarim.* i. 41) 'angelos quoque inquit qui dereliquerunt suum principatum catenis igneis ligans et tenebrosis carceribus retrudens reseruauit futuro iudicio puniendos'.

7. *Ad init.* + sodoma D. **sicut** (-uti C) **sodoma** (-mam L) = ὡς Σόδομα: sod. autem *m Lucif.* (*non conu.* 15). gomorrha *vg.*, gomurra BK, gomorram L. **finitimae** (-me OW, finimae T*) **ciuitates** (-tis B*): quae circa eas (+ erant *Lucif.*) c. *m Lucif.*; *gr.* αἱ (C*^{utudtur} *om.*) περὶ αὐτὰς πόλεις. **simili** (cim. W; simile L) **modo** (*in ras. scr.* O) *et gr.* 40 τὸν ὅμοιον τρόπον *tantum*: quae s. harum m. CT *p et gr.* KL *al. pler.* τ. ὅμ. τούτοις (41 αὐτοῖς) τρ.; s. m. eis (*Bentl.*), *cf.* quae s. m. harum D, *et gr.* ℵABC 5. 13. *al.*^{4} τ. ὅμ. τρ. τούτοις; **his** s. m. *Lucif.*; *om. omnino m.* **exfornicatae** (-te OW) = *gr. omn.* ἐκπορνεύσασαι, *cf.* fornicatae G (*Bentl.*) *c*: fornicatae (-te T) sunt CT *p*; cum adulterium fecissent *m Lucif.* **abeuntes** (hab. CL) **post carnem alteram** (*in ras. scr.* T) *et gr.* ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας: carnem secutae essent *tantum m Lucif.* **factae** (-te OW; facti UϚ) **sunt** (+ in D) **exemplum** (aex. C) *cum gr. omn.* πρόκεινται (ℵ + δὲ) δεῖγμα: cinis factae propositae sunt in exemplo *m*; cinis propositae sunt exemplum *Lucif.* **ignis aeterni** (et. OW) *cum ord. gr. omn.* πυρὸς αἰωνίου: > aet. ig. D. **poenam** (pen. OW) *et gr.* δίκην: poenas *m.* **sustinentes**, *gr.* ὑπέχουσαι (40 ἀπέχουσαι, A ὑπερέχουσαι; ℵ* ουκεχουσιν, ℵ^{c} υπεχουσιν): suscipientes DU; luentes CT.

8. **similiter**, *gr.* ὁμοίως (A ὅμως): + itaque *Lucif.* (*non conu.* 15) *et gr. omn. add.* μέντοι. **hii** (hi BFΘ^{c}IKU^{c}V *vg.*) = οὗτοι, *cf.* isti *Lucif.*: + qui (quod O*) OW *c Baed. sine auct. gr.*; + somniantes CT *p Lucif. Hieron.* (*hierem.* v. 64) *cum gr. omn. qui add.* ἐνυπνιαζόμενοι. **carnem quidem** (qui *perlin.* O) *cum ord. gr. omn.* σάρκα μέν: > q. c. Θ*; c. *tantum* W *Baed.* $\frac{7}{8}$. **maculant** (+ *ras.* 1 *uel* 2 *litt.* Θ), *gr.* μιαίνουσιν: coinquinant *Lucif.* **dominationem** (-cionem O; + al abominationem $\Theta^{mg.}$) *cum gr. paene omn.* κυριότητα: dominationes *Orig.* (*ap. Hieron.* ii. 511) *cum gr.* ℵ κυριοτήτας. **autem** *pr. et gr. omn.* δέ: quidem *Orig.* **spernunt** (ἀθετοῦσιν): reprobant *Orig.*; *deinde* + et *Baed.* $\frac{1}{8}$. **maiestatem** (magest. CO) *cum gr.* 3. 5. 55 δόξαν: maiestates BF KUV *Bentl. et* glorias *Orig. cum gr. plur.* δόξας. **autem** *sec. et* uero CT *p cum gr. plur.* δέ: *om. Baed.* $\frac{2}{8}$ *cum gr.* 4. 21. **blasphemant** (blasf. D) *cum gr. plur.* βλασφημοῦσιν: *gr.* 4. 21 οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες (*ex* II Pet. ii. 10) *apud latinos non redduntur.*

9. **cum** (quum Θ) **michahel** (michael DGKL OVW *vg.*, micael T, micahel F, mihahel A*)

altercaretur de mosi corpore
non est ausus iudicium inferre
blasphemiae
sed dixit imperet tibi dominus
10 hii autem quaecumque quidem
ignorant blasphemant
quaecumque autem naturaliter
tamquam muta animalia
norunt
in his corrumpuntur.
11 Uae illis quia uia cain
abierunt
et errore balaam mercede
effusi sunt
et contradictione core
perierunt
12 hii sunt in epulis suis
maculae conuiuantes
sine timore
semet ipsos pascentes
nubes sine aqua quae a uentis
circumferuntur

---

archangelus (arcang. CF*T, archanguelus D) **cum diabolo** (-bulo ACGITV, zabulo D) **disputans altercaretur** (altec. I*) *et gr. paene omn.* ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο, *cf. gr.* B ὅτε Μ. ὁ ἀρχ. τότε τῷ δ. διακρ. διελ.: m. arch. c. d. disputans *tantum Orig.* (*int. princ.* III. ii. 1), *cf.* quando m. arch. c. d. disputabat *tantum Hieron.* (vii. 730); unde et m. quum aduersus diabolum disputaret *libere Orig.* (*ap. Hieron.* ii. 510). **de** (e *lapsu om.* C) **mosi** (moysi BCΘIKLOTUVW *vg.*, moisi D) **corpore** (-rae C) *etiam Orig.* (*ap. Hieron.* ii. 510) *cum ord. gr. omn.* περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος: > de c. m. *Orig.* (*int. princ.* III. ii. 1). **est ausus** (aussus D) *et* > au. est *libere Orig.* (*ap. Hieron.* ii. 510), *gr.* ἐτόλμησεν: fuit au. *Orig.* (*ap. Hieron.* ii. 511) *Hieron.* **iudicium** (-tium W) **inferre** *cum ord. gr. omn.* κρίσιν ἐπενεγκεῖν: > inf. iud. *Hieron.* **blasphemiae** (-mie OW, blasfemiae DT): + eius U *sine auct. gr.* **dixit** = εἶπεν: dicit *Baed.* $\frac{1}{8}$. **imperet** (inp. C): increpet *Orig. ap. Hieron.* (ii. 510); *gr.* ἐπιτιμήσαι—*cf.* Zach. iii. 2. **dominus** *cum gr. plur.* κύριος *et* ℵ^{c} *min.*^{3} ὁ κ.: deus W𐤎 *Hieron. cum gr.* ℵ* ὁ Θεός; *deinde* + in die iudicii U *sine auct. gr.*

10. **hi** BFGΘIKUV *vg.* **quaecumque** *pr.* (quecum. IOW, quaecun. 𐤎𐤉, quaequum. T) = ὅσα: quicumque K *c Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1376). **quidem** (quidam U*) *cum gr. omn.* μέν: *om.* D (*uide autem infra*) W. **ignorant** (-annt I*; + quidem D) *et gr.* οὐκ οἴδασιν: ignorabant *Cassiod.*; ignoranter U*. blasfemant DT. quecumque *sec.* OUW, quaecunque 𐤎𐤉, quaequumque T. **tamquam** (tanq. OW𐤎𐤉), *gr.* ὡς: uelut '*Prosp.*' (*P. L.* li. 672). **norunt**, *cf.* nouerunt U* *dem.*, *et gr.* ἐπίστανται: ignorant *p.* hiis W.

11. **uae** (ue OW): + autem D^{c}, + et *p*, *sine auct. gr.* **illis**: il *in ras. scr.* O. **quia** *et* quoniam *Lucif.* (*non conu.* 15) *cum gr. omn.* ὅτι: qui FKLOUVW𐤎𐤉𐤔 *c dem. diu. Baed.* $\frac{7}{8}$; *adnotat Luc. Brug.* '*Non mutes coniunctionem* quia *in pronomen* qui.' **uia**, *cf.* in uia OW *vg. Baed.* $\frac{1}{8}$*, *et gr.* τῇ ὁδῷ: uiam LU^{e} *Baed.* $\frac{2}{8}$, *cf.* in uiam CDT *Lucif.* cayn CO, caym W. **abierunt** (hab. C; abierant G*): + et seditioni lamec confiderunt T$^{mg.}$ **errore** *et gr.* τῇ πλάνῃ: erroris CT *et* errores *p*; in errorem D, *cf.* in seductionem *Lucif.* **balaam** = τοῦ Βαλαάμ: baal *Lucif.* mercide‖ (m *eras.*) L. **effusi** (-ussi D) **sunt**, *gr.* ἐξεχύθησαν: diffusi s. C. et *sec.*: *om. Baed. sine auct. gr.* **contradictione** (-ditione U*), *cf.* in contradictione I *vg. cod. caraf., et gr.* τῇ ἀντιλογίᾳ: in contradictionem *Lucif.* chore B^{c}CDIOUW, corae G^{e}, coreb *Lucif.*; corde G*; *deinde* + et *p sine auct. gr.* **perierunt** (*in ras. scr.* O) *cum gr. omn.* ἀπώλοντο: abierunt 𐤎.

12. **hi** BFΘIKUV *vg.* **sunt** *sine addit. cum gr.* K *al. longe plu.*: + qui D *Aug.* (vi. 190) *et gr.* ℵ^{c}ABL 13. *al.*^{12} *add. οἱ*; *gr.* ℵ*C^{2} + γογγυσταὶ μεμψίμυροι κατὰ (ℵ* κα) τὰς (C^{2} + ἰδίας) ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι *ex uers.* 16, *non autem latt.* **in epulis** (aep. ACDGILT; aepistolis B*) *cum gr.* 6. 66** ἐν ταῖς ἐὐωχίαις, *cf.* in caritatibus *Lucif.* (*non conu.* 15) *et* in dilectionibus *Aug. cum gr. plur.* ἐν τ. ἀγάπαις: *gr.* AC 44. 56. 96 ἐν τ. ἀπάταις *apud latinos non reddiuntur—cf.* Matt. xiii. 22 *et* II Pet. ii. 13. **suis** *et gr.* A^{1} αὐτῶν: uestris *Lucif. Aug. et gr. paene omn.* ὑμῶν. **maculae** (-le LOW; male B^{e} *c*) = σπιλάδες: maculati CDT *p** *Aug.* **conuiuantes** (a *in ras. scr.* A, conbib. T, consuiu. O*; conuiuentes D *Capitula* A (*supra p.* 395)) = συνευωχούμενοι: coepulantur *Aug.*; *om. Lucif.*; *deinde gr.* C *min.*^{15} + ὑμῖν (*ex* II Pet. ii. 13), *non autem latt.* semed ipsos C, semetipsos *uno uerbo vg.* **pascentes** (ποιμαίνοντες): regentes *Lucif.* nues C. **sine aqua**, *gr.* ἄνυδροι: s. aquis *libere Hieron.* (vi. 146). **quae** (que OW) **a uentis** (uenti W; uento U) **circumferuntur** (circunf. 𐤉; *adnotat Luc. Brug.* '*Nec hic mutandum uerbum* circumferuntur *in* conferuntur'), *cf. gr. min. uix mu.* ὑπὸ ἀνέμων περιφερόμεναι *et plur.* ὑπὸ ἀν. παραφερόμεναι (B 119 παραφερόμενοι; 16 φερόμενοι): uento circumferendae *m*, *cf.* omni uento circumferendae *Lucif.*, *et gr.* ℵ 25. 56 παντὶ ἀνέμῳ παραφερόμεναι (25 παραφερόμενοι). **arbores**: *om.* O*. **autumnales**

arbores autumnales
infructuosae bis mortuae eradicatae
13 fluctus feri maris despumantes suas confusiones
sidera errantia quibus
procella tenebrarum
in aeternum seruata est.
14 Prophetauit autem de his
septimus ab adam enoch
dicens
ecce uenit dominus in sanctis
milibus suis
15 facere iudicium contra
omnes et arguere
omnes impios
de omnibus operibus
impietatis eorum
quibus impie egerunt
et de omnibus duris quae

(autumpn. DW, autunn. O, autemn. B*I*) *et gr.* φθινοπωρινά (ℵ* -ρικά): autumni *Prisc.* (*tract.* 5). **infructuosae** (r *sup.* l *eras. scr.* K, -ose BOW, -ossae D) *et gr.* ἄκαρπα: sine fructibus *Prisc.*; sine fructu *Lucif.* **bis mortuae** (-ue OW) **eradicatae** (aer. I, eradicate GLOW) *cum gr. plur.* δὶς ἀποθανόντα ἐκριζωθέντα, *cf.* > eradicatae (aer. C, eradicate T) bis m. CT *p*: m. a radicibus euulsae (*sine* bis) *Lucif.*; m. et exstirpatae (*sine* bis) *Prisc.*, *cf. gr.* 2. 15. *al. fere*[8] δ. ἀπ. καὶ ἐκρ.; bis m. *tantum* D.

Libere > sidera existentes erroris et nubes sine aqua nec non arbores autumnales infructuosae bis mortuae eradicatae fluctus feroces maris spumantes proprias confusiones quibus caligo tenebrarum in aeternum conseruata est minime poenitentibus *Martin. I-Pap.* (*P. L.* lxxxvii. 124).

13. *Ad init.* + et *Prisc.* (*tract.* 5) *sine auct. gr.* **fluctus** (fruct. B*) **feri** (fere W; ferri *p**) *et* fl. feroces CT *Prisc. Lucif.* (*non conu.* 15) *Martin. I-Pap.* (*supra*) *cum ord. gr. paene omn.* κύματα ἄγρια: *gr.* ℵ > ἄγ. κ., *non autem latt.* **despumantes** (*etiam* O[c1], disp. B*KLO* [et c2] UV—mā *in ras. scr.* O *et* es *in ras. scr.* U; disputantes I*), *gr.* ἐπαφρίζοντα (C *min.*[10] ἀπαφρ., 69 μεταφρ.): adspumantes *Bentl.*; spumantes *Prisc. Martin. I-Pap.* (*supra*). **suas confusiones** (confuss. D), proprias c. *Martin. I-Pap.* (*supra*), *et* suas turpitudines *Prisc.*, *cum ord. gr.* τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας: > turpitudines suas *Lucif. contra ord. gr.* **sidera** (syd. IOℸ℔) **errantia** (-ancia W, -encia O) *et gr. omn.* ἀστέρες πλανῆται (A -τε, B -τες), *cf.* s. fallacia *Prisc.*, *et* s. existentes erroris *Martin. I-Pap.* (*supra*): procellae seducentes *Lucif.* **procella**: caligo CT *p Hieron.* (v. 382) *Martin. I-Pap.* (*supra*), *cf. gr.* ὁ (B *om.*) ζόφος; tempus *Lucif.*; tempestas et caligo *bis reddens Prisc.*; *cf.* II Pet. ii. 17. **in aeternum** (et. I) **seruata** (seruatum *Lucif.*) **est** (*om.* L*), in aet. reseruata est CD, in aeternum (et. OW) conseruata (cō *in ras. scr.* O) est OW *p*[c] *Martin. I-Pap.* (*supra*), *et* in aet. reseruatur *Hieron.*, *cum ord. gr. omn.* εἰς (K *al. sat. mu.* + τὸν) αἰῶνα τετήρηται: > seruata est in aet. *vg. cod. caraf. et* > conseruata est in aet. BKV; > est in aet. seruata *c*; reseruata sunt *tantum Prisc.*—*cf.* II Pet. ii. 17.

14. profetauit DT. **autem** *cum gr. plur.* δέ: *om. Prisc.* (*tractt.* 1, 3) *cum gr.* A *al. pauc.*; *deinde* + et F*GΘIϚ𝔖𝔈 *Bentl. Tisch. dem. diu. p cum gr. omn.* καί—*adnotat Luc. Brug.* '*Non omittas medium* et.' **de his** (hiis W): in his Θ[c]; his *tantum* F*G*Θ*I *Bentl. Tisch. et gr.* τούτοις. septimis W. enohc OT, enoc GU. **uenit** = ἦλθεν: ueniet DW. **dominus**: *om.* '*Cypr.*' (*App. p.* 67 = *ad Nouat.* 16) *sine auct. gr.* **in sanctis milibus** (mill. *vg.*) **suis** *etiam Prisc.* (*tract.* 1) *cum gr.* ABKL *al. longe plu.* ἐν ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ: *gr.* C *al. mu.* > ἐν μ. ἁγ. αὐτ., *non autem latt.*; in sanc. m. (*sine* suis) *Prisc.* (*tract.* 3); in m. *tantum Uigil.* (*Uarim.* i. 13); cum multis m. nuntiorum suorum '*Cypr.*', *cf. gr.* ℵ 8. 25. 56 > ἐν μ. ἁγίων ἀγγέλων.

15. iuditium W. **contra omnes** *et gr. omn.* κατὰ πάντων, *cf.* de omnibus '*Cypr.*' (*App. p.* 67 = *ad Nouat.* 16): *om.* CT *Prisc.* (*tract.* 3) *Uigil.* (*Uarim.* i. 13). **et arguere omnes** (*om.* O*W) **impios** *cum gr. plur.* καὶ ἐλέγξαι (98 *al. uix mu.* ἐξελέγξαι) πάντας (68 *om.*) τοὺς ἀσεβεῖς: et perdere omnes imp. et arg. omnem carnem *bis reddentes* [ut uidtur] '*Cypr.*' *Uigil.*, *cf. gr.* ℵ καὶ ἐλ. πᾶσαν ψυχήν; et arg. omnem *Prisc.*; *om. omnino* CT (*uide autem infra*); *deinde gr.* KL *al. plu.* + αὐτῶν, *non autem latt.* **de omnibus operibus** (hop. C; superioribus G) *et* de omn. factis '*Cypr.*' *cum gr. paene omn.* περὶ πάντων τῶν ἔργων: *gr.* 163 περὶ π. *tantum apud latinos non redditur.* **impietatis** (-tes L*, inpietatis C; + uel iniquitatis *sup. lin.* O) **eorum** *cum gr.* ABKL *al. longe plu.* ἀσεβείας αὐτῶν: eor. (*sine* imp.) *dem. cum gr.* C 15. *al.*[4] αὐ. *tantum*; impiorum '*Cypr.*' *cum gr.* 163 τῶν ἀσεβειῶν; *gr.* ℵ 6. *al.*[4] *omnino om., non autem latt.* **quibus impie** (-piae IL, inpiae C, e *in ras. longiore scr.* U) **egerunt** (heg. C, aeg. I; egerint K; gerunt L), *gr.* ὧν ἠσέβησαν: > quae fecerunt impie '*Cypr.*'; *deinde* + et arguere omnes impios (inp. C) de omnibus CT, *tunc* + quibus impie uixerunt T—*cf. supra.* **de omnibus** *pr.* . . . **egerunt**: *om. Prisc.* **et** *sec.*: *om.* D *sine*

locuti sunt contra eum
peccatores impii
16 hii sunt murmuratores
querellosi
secundum desideria sua
ambulantes
et os illorum loquitur
superbiam
mirantes personas
quaestus causa.
17 Uos autem carissimi
memores estote
uerborum
quae praedicta sunt ab apostolis domini nostri iesu christi
18 qui dicebant uobis
quoniam in nouissimo
tempore uenient
inlusores
secundum sua desideria
ambulantes impietatum
19 hii sunt qui segregant

---

auct. gr. **de omnibus duris** *cum gr.* ABKLP *al. longe plu.* περὶ πάντων τῶν σκληρῶν *tantum, cf.* de omn. malis (+ *ras. sup. lin.*) U: de omn. duris uerbis CDLT *p Baed. cum gr.* ℵC 6. 8. 13. *al.*[10] περὶ π. τ. σκ. λόγων, *cf.* de omn. uerbis impiis '*Cypr.*'; *deinde* + eorum D *sine auct. gr.* **quae** (que IOW) **locuti** (-quuti ΘI) **sunt contra eum** *etiam Baed.* $\frac{7}{8}$, *cf.* quibus locuti (-quuti T) s. c. eum CT, *cum gr. omn.* ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ: quae l. s. (+ et W) c. deum OW𝔖𝔖𝔈 *Baed.* $\frac{1}{8}$ *et* > quae de deo l. s. '*Cypr.*'; *adnotat Luc. Brug.* '*Correctores maluerunt nomen* deum *quam pronomen* eum.' **peccatores** (+ et *dem.*) **impii** (inp. C) *cum ord. gr. omn.* ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς: > imp. p. D; omnes imp. *Baed.* $\frac{7}{8}$.

16. **hii** (hi BFGΘ[c]IKUV *vg.*) *cum gr. omn.* οὗτοι: *om.* L. **murmuratores** (murmar. G*, mormur. D): + et L *dem. p sine auct. gr.* **querellossi** D, querelosi AW *Bentl.*, querulosi CO *vg.*, quaerellosi FG, quaerelosi BK, que‖rellosi *et* e *pr. in ras. scr.* U, quereligiosi V. **secundum desideria** (disid. D) **sua** *cum ord. gr. omn.* κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν (CLP *al. fere*[30] ἑαυτῶν): > sec. s. d. C; sec. d. *tantum* I*. hambulantes C. hos C. **illorum** (αὐτῶν): eorum D *vg. cod. caraf.* **loquitur**: + *ras.* 2 *litt.* L. **superbiam** (-uiam C; superbia FI): superba (a *in ras. scr.* Θ) GΘU𝔈 *cod. caraf. Bentl. Tisch.* = ὑπέρογκα—*cf. Luc. Brug.* '*Seruandum est adiectiuum* superba, *non substituendum substantiuum* superbiam' *et* II Pet. ii. 18. **quaestus** (quest. BCΘIOTW) **causa** (caussa D; causas T): *gr.* ὠφελείας χάριν.

17. **uos autem**: s au *in ras. scr.* O. **carissimi** (char. *vg.*, kcar. C, kar. U; kmi IKOVW; kmē L) *et gr.* ἀγαπητοί: fratres *Lucif.* (*non conu.* 15). **memores** ([me]mores L) **estote**: mementote *Lucif.*; *gr.* μνήσθητε. **uerborum quae** (que IOW) **praedicta** (pred. OW; praedicata G[c]LU*) **sunt** *cum ord. gr.* ℵBCKLP *al. pler.* τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων: >praedictorum sermonum *Lucif. cum ord. gr.* A 6. 29. 163 τ. πρ. ῥημ.; *cf.* II Pet. iii. 2. **hab apostolis C.** **domini nostri** *cum gr. omn.* τοῦ κυρίου ἡμῶν: d. *tantum* BFΘKOUV *c*; *om. omnino Lucif.*

18. **qui** (+ *ras.* 1 *lit.* U): quae L; quia DFGI *Bentl. et* quoniam *Lucif.* (*non conu.* 15) *cum gr. omn.* ὅτι. **dicebant** *cum gr. paene omn.* ἔλεγον: *gr.* K ἔλεγεν *apud latinos non redditur.* **uobis** *cum gr. plur.* ὑμῖν: *gr.* K 4. *al.*[2] ἡμῖν *apud latinos non redduntur*; *om. Lucif. sine auct. gr.* **quoniam** *cum gr.* ACKL[mg] P *al. certe pler.* ὅτι: *om. Lucif. cum gr.* ℵBL*. **in nouissimo tempore** (-rae C), *cf. gr.* KLP *al. plu.* ἐν ἐσχάτῳ (P + τῷ) χρόνῳ *et* ℵABC 5. *al.*[6] ἐπ' ἐσχάτου (ℵA *min.*[4] + τοῦ) χρόνου: in nouissimis temporibus (temper. O) G[1]O𝔖𝔖 *p*[c], *cf. gr.* 17. 26 ἐν ἐσχάτῳ τῶν χρόνων, 6. 7. *al.*[7] ἐπ' ἐσχάτου τ. χρόνων, *et* 68. 126[mg]. 130. ἐπ' ἐσχάτων τ. χρόνων; in nouissimis diebus *Lucif.*—*cf.* II Pet. iii. 3. **uenient** *cum gr.* ℵ[c]AC[2] 5. 6. 7. *al.*[13] ἐλεύσονται—*cf.* II Pet. iii. 3: erunt *Capitula* A (*supra p.* 396) *Lucif. cum gr.* ℵ*BC* KLP *al. longe plu.* ἔσονται. **inlusores** (inluss. D, illus. OW *vg.*), *gr.* ἐμπαῖκται: inrisores *Lucif.*, *cf. Capitula* BFΘIKU (*supra p.* 396). **secundum sua desideria** (dissid. D) *cum ord. gr. plur.* κατὰ τὰς ἑαυτῶν (80 αὐτῶν) ἐπιθυμίας: > sec. d. s. *vg. cod. caraf. et* > sec. uoluntates suas *Lucif. cum ord. gr.* ℵ 3. *al.*[4] κατὰ τ. ἐπ. ἑαυτῶν (ℵ* 163 αὐτῶν). **ambulantes** (hamb. C), *gr.* πορευόμενοι: euntes (*et* > euntes sec. uol. s.) *Lucif.*—*cf.* II Pet. iii. 3. **impietatum** (atum *in ras. scr.* U) = τῶν ἀσεβειῶν: in impietatem T *et* impietatem I; in impietate *c et* impietate L; in impietatibus (inp. C; + suis *p**) CD *vg. p**; non in pietate *p*[c], *cf.* non impietate O; impie W *dem. diu.*; impias *Lucif.*

19. **hi** BFΘIKUV *vg.* **qui segregant semet** (-med C; se *Fulg.* (*P. L.* lxv. 524, 767; *non autem* 191)) **ipsos** (semetipsos *uno uerbo vg.*) *etiam Aug.* (i. 51, v. 47, 1095, 1147) *cum gr.* C *al. sat. mu.* οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς, *cf.* > qui se ipsos segregant *Aug.* (ii. 663, v. 399), *et* > semetipsos segregantes *libere Pel. I-Pap.* (*P. L.* lxix. 412): q. segregant (*sine* semetipsos) FG*ΘIL

semet ipsos animales
spiritum non habentes.
[20] Uos autem carissimi
superaedificantes
uosmet ipsos sanctissimae
uestrae fidei in spiritu sancto
orantes
[21] ipsos uos in dilectione
dei seruate
[22] et hos quidem arguite
iudicatos
[23] illos uero saluate de igne
rapientes
aliis autem miseremini
in timore
odientes et eam quae carnalis
est maculatam tunicam.
[24] Ei autem qui potest uos
conseruare sine peccato
et constituere ante con-

Bentl. Tisch. et secernentes *Lucif.* (*non conu.* 15) *cum gr.* ℵABKLP *al. fere*[50] οἱ ἀπ. *tantum.* **non**: *om.* D*. **habentes**: + sanctum Θ *sine auct. gr.*

20. **uos** *cum gr. paene omn.* ὑμεῖς: *gr.* C ἡμεῖς *apud latinos non redditur.* karissimi LU, kcarissimi C, charissimi *vg.*, kr̃i IKVW, r̄i *tantum* O. superedificantes OW. **uosmet** (-med C) **ipsos** (uosmetipsos *uno uerbo vg.*), *gr.* ἑαυτούς: > ipsos uos *dem.* **sanctissimae** (-me F*KOW) **uestrae** (-tre OW) **fidei** (-aei G; fide B) *cum gr. plur.* τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει, *cf.* sanctissima uestra fide CT *p*: sanctissimae nostrae fidei 𝔗𝔎𝔖 *Baed.* ⅛ *cum gr.* C 6. 7. 66**. 119 τ. ἁγ. ἡμῶν π., *cf. Luc. Brug.* '*Patres praetulerunt pronomen secundae personae* uestrae *pronomini primae personae* nostrae'; *gr.* 96. 142 τ. ἁγ. π. *tantum apud latinos non redduntur, cf. autem t* (*infra*). *gr.* KLP *al. pler.* > τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτούς, *non autem latt.* **spiritu**: p̄u *tantum* I. **orantes** (hor. C) = *gr. omn.* προσευχόμενοι: + aĺ hortantes Θ*mg*. *Libere citat uersum* karissimi sanctissima fide edificamini in spiritu dei *t.*

21. **ipsos uos**, > uos ipsos O *Bentl.**, *et* > uosmet (-med C) ipsos (uosmetipsos *uno uerbo vg.*) CDT *vg. cod. caraf. dem., cum gr. plur.* ἑαυτούς: ipsi uos F; *gr.* K 1. 56. *al. pauc.* ἑαυτοῖς *apud latinos non redduntur.* **dei**: *om.* U *c cum gr.* C². **seruate** (seruare W) *et* conseruate CDT *cum gr. plur.* τηρήσατε: *gr.* BC* *ut udtur* τηρήσωμεν *et* 180 τηρήσαντες *apud latinos non redduntur*; *deinde* + expectantes (exsp. BOTV) misericordiam domini (+ dei D) nostri iesu christi (*om. p*) in uitam aeternam (et. OTW) BCDKOTVW *vg. cod. caraf. Bentl. c diu. p* (*cf. t infra*) *cum gr. omn.* προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Libere citat uersum* sustinentes misericordiam domini in uitam aeternam *t.*

22. *Uersum om. ut udtur t.* **hos** (os BL), *cf.* eos *p*, *et gr.* οὓς: uos D. **arguite** *cum gr.* AC* 5. 6. 7. *al.*[16] ἐλέγχετε: *gr.* ℵBC² 68 ἐλεᾶτε *et* KLP *al. plu.* ἐλεεῖτε *apud latinos non redduntur—cf. autem uers.* 23. **iudicatos** (t *ex* s O) *et* diindicatos (de iud. D) DT*mg*. *p Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1378 *comm.*) *cum gr.* ℵABC 5. 6. 7. *al.*[13] διακρινομένους: *gr.* KLP *al. plu.* διακρινόμενοι *apud latinos non redduntur.*

iudicatos . . . [23]igne: *om.* T* (*deinde* + diiudicatos illos uero saluate de igne T*mg*·).

23. **illos uero**, *cf.* il. autem *Baed.* ⅛, *cum gr. paene omn.* οὓς δέ, *cf.* et quosdam *t* (*infra*), quosdam *tantum libere Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1378 *comm.*), *et* et alios quidem *libere Hieron.* (v. 208): *gr.* B *om.*; *deinde gr.* KLP *al. plu.* + ἐν φόβῳ, *non autem latt.—cf. autem infra.* **saluate** (salute L*; salutate CF*U* *ut udtur*; seruate W) *cum gr. omn.* σώζετε: *om. t* (*infra*) *Hieron.* (v. 208 *libere*). **rapientes** = ἁρπάζοντες: rapite *t* (*infra*) *Hieron.* (v. 208 *libere*). **aliis autem** (*om. Baed.* ⅞) **miseremini** (misserem. D, miserim. L) *cum gr.* ℵAB 5. 6. 7. *al.*[11] οὓς δὲ ἐλεᾶτε (A *min.*[12] ἐλεεῖτε), *cf.* dubiis autem m. *t* (*infra*), *et* aliorum uero qui iudicantur (*cf. uers.* 22) m. *Hieron.* (v. 208 *libere*): *gr.* 8. 15. *al.*[8] οὓς δὲ ἐλέγχετε *apud latinos non redduntur—cf. autem uers.* 22; *gr.* CKLP *al. plu. om., non autem latt.* **in timore** (timorem F*) *cum gr.* ℵABC 5. 6. 7. *al. fere*[20] ἐν φόβῳ; *gr.* KLP *al. plu. om., non autem latt.*; *deinde* + dei Θ *p*ᶜ *sine auct. gr.* **odientes** (hod. CT, odientis I; odientem F) = μισοῦντες: audientes KV. **et** FGΘLU* *vg. cod. caraf. Bentl. Tisch. Hieron.* (ii. 304) *Baed.* ⅝ *cum gr. omn.* καί: *om. codd. plur. c dem. diu. p t* (*infra*) *Baed.* ⅜. **eam quae** (que OW) **carnalis est maculatam** (maculata Θ) **tunicam** (ton. DG*U; > tun. mac. W), *cf.* eam q. carnis est (*om.* L* *Prisc.*; + *ras.* 2 *litt. diu.*) m. t. L *diu. Prisc.* (*tract.* 1), *et gr.* τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα: carnis pollutam t. *Hieron.* (ii. 304). *Libere citat uersum* et quosdam de igne rapite dubiis autem miseremini in timore odientes que est a carne maculata tunica *t.*

24. **ei** (se B*) **autem qui potest** ADGI *t* (*infra*): ei au. q. potens est *codd. plur. vg. cod. caraf. Bentl. Tisch. c dem. diu. p Hieron.* (ii. 706) *Aug.* (x. 755) *Fulg.* (*P. L.* lxv. 814) *Baed.*; *gr.* τῷ δὲ δυναμένῳ. **uos conseruare** *contra ord gr.*: > cons. u. U*W *Aug. Fulg. Baed.*, > confirmare u. CT, *et* > custodire u. *t* (*infra*), *cum*

spectum gloriae suae
inmaculatos in exultatione
soli deo saluatori nostro
per iesum christum dominum
nostrum
gloria magnificentia
imperium et potestas
ante omne saeculum
et nunc et in om-
nia saecula
amen.

EXPLICIT EPISTULA IUDAE

ord. gr. φυλάξαι ὑμᾶς (A 4** ἡμᾶς; KP *al. fere*[40] αὐτούς; 4* *om.*). **sine peccato**: s. delicto *t* (*infra*); s. offensione *Aug. Fulg.*; *gr.* ἀπταίστους. **et**: *gr.* C *min. aliq.* + ἀσπίλους καί *uel* ἀσπίλους *tantum, non autem latt.* **constituere** (-ure O), *gr.* στῆσαι: confirmare *t* (*infra*). hante C. conspectu L. glorie sue OW. **inmaculatos** (imm. V *vg.*; + *ras.* 1 *lit.* L): *gr.* ἀμώμους (A ἀμέμπτους). **in exultatione** (-cione O) *et* in laetitia *Aug. Fulg. cum gr. omn.* ἐν ἀγαλλιάσει: *om.* BKV *c Hieron.*; *deinde* + in aduentum (aduentu W *vg. c*) domini nostri iesu christi BKOVW *vg.* (*non autem cod. caraf. Bentl. Tisch.*) *c sine auct. gr.*—*cf. Luc. Brug.* '*Caue omittas illud* in exsultatione.' *Libere citat uersum* ei autem exibete uos qui potest custodire uos sine delicto et confirmare in honorem suum inlibatos inmaculatos castificatos in exultatione ante conspectu eius *t*.

11. **tormentorum** (turm. Z*) *etiam Cypr.* (*ep.* lxv. 1[codd. plur.]), *cf.* de tormentis *Cypr.* (*ad Fort.* 3, *ep.* lviii. 7, *ep.* lxv. 1[CR]) *Firm.-Mat.* (*err. prof. rel.* xxviii. 13) *Tyc.*[T] *Prim. Beat.* (*lemm.*; V. ix. 4; VII. i. 17, 18): tormenti (*Bentl.*) *gig.* = τοῦ βασανισμοῦ; et cruciatus *m* (*bis*). **eorum** *etiam Cypr.* (*ad Fort.* 3, *ep.* lviii. 7, *ep.* lxv. 1[CR]), *cf.* illorum *Faust.* (*serm.* 5 = *Caesar. serm.* ccxxii. 3) *Caesar.* (*serm.* lxxxii. 3), *cum gr. plur.* αὐτῶν: eius *c cum gr.* 7. *al.*[21] αὐτοῦ; *om.* D (*infra*) *Cypr.* (*ep.* lxv. 1[codd. plur.]) *cum gr.* 40; *cf.* xix. 3. **in saecula saeculorum ascendit** AFZ* *Bentl. Tisch. m* (*bis*) *Cypr.* (*ad Fort.* 3[R]) '*Cypr.*' (*test.* iii. 59[W]) *cum gr. plur.* εἰς αἰῶνας (CEP 1. *al.*[55] αἰῶνα; ℵ 146. *al.*[6] + τῶν) αἰώνων (C 18. *al.*[21] αἰῶνος) ἀναβαίνει, *cf.* in s. s. ascendet (hasc. C) CGΘIK ΠTUVWZ[c] *c dem. diu. gig. haf. Cypr.* (*ad Fort.* 3[WMV], *ep.* lviii. 7[codd. plur.], *ep.* lxv. 1[codd. plur.]) *Firm.-Mat. Baed.*[D] (et *pr.* ... ascendit *def.* [SO]) *Beat.* (*lemm.*; V. ix. 4; VII. i. 17) *Ber. cum gr.* 59 εἰς αἰῶνα αἰῶνος ἀναβήσεται, *et* 62. *al.*[7] εἰς αἰῶνα αἰώνων ἀναβαίνων: > ascendit in s. s. Σ* *Prim. cum gr.* 57. *al. pauc.* > ἀναβαίνει εἰς αἰῶνας (57. 141 αἰῶνα) αἰώνων, *cf.* > ascendet (ascendent O*; descendet Ϛ) in saecula (sec. OϚℙ) saeculorum (sec. OϚℙ) D (*infra*) OΣ[c] *vg. cod. caraf. Cypr.* (*ad Fort.* 3[B], *ep.* lviii. 7[P], *ep.* lxv. 1[P]) *Tyc.*[T] *Faust.* (= *Caesar.*) *Caesar. cum gr.* 69 > ἀναβηθήσεται εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *et* xix. 3; *om. Beat.* (VII. i. 18 *libere*) *cum gr.* 16. *al.*[3] > et fumus ascendet tormentorum in saecula saeculorum D *contra ord. gr.* **nec**: et non *gig. m Beat.* (*lemm.*; VII. i. 17, 18, = καὶ οὐκ, *cf.* non *tantum* Z*. **habent** (habet IZ* *gig.*) = ἔχουσιν: habebunt CΣTW *Cypr.* (*ad Fort.* 3, *ep.* lviii. 7, *ep.* lxv. 1) *Firm.-Mat. Prim. Ber.* diae C. **ac** (hac C) *etiam Cypr.* (*ad Fort.* 3[RB], *ep.* lviii. 7, *ep.* lxv. 1[N]), *gr.* καί: et T *Cypr.* (*ad Fort.* 3[WMV], *ep.* lxv. 1[codd. plur.]). **qui adorauerunt** (hadorau. C, ahorau. O, adorab. T) *etiam Cypr.* (*ep.* lxv. 1[C]): qui adorant (*Bentl.*) *gig. m Cypr.* (*ep.* lxv. 1[codd. plur.]) *Beat.* (*lemm.*; VII. i. 17, 18), *cf.* quicumque adorant (adorat *Cypr.* (*ad Fort.* 3[R], *ep.* lviii. 7[codd. plur.])) *Cypr.* (*ad Fort.* 3, *ep.* lviii. 7) *Firm.-Mat. Prim., et gr.* οἱ προσκυνοῦντες. **imaginem** (hym. C), *gr.* τὴν (16. *al.*[15] τῇ) εἰκόνα (16. *al.*[16] εἰκόνι): simulacrum *Prim. Beat.* (*lemm.*; VII. i. 17). set O. **si quis** (qui W *Ber.*; siquis *uno uerbo* ϚℙS) = *gr. paene omn.* εἴ τις, *cf. gr.* C ητις *et* 210 ἥτις: qui *m*, *cf.* quicumque *Prim.* **acceperit** (accip. Π*Σ*; acceperint *Ber.*), *cf. gr.* 33. *al.*[2] λαμβάνῃ: accepit (acceperunt W) ACG[c]ΘTW *diu. m Beat.* (VII. i. 17); accipit DI (*Bentl.*) *Beat.* (*lemm.*) *et* sumit *Prim.* (*infra*) = *gr. paene omn.* λαμβάνει, *cf.* habet *gig.* **caracterem** (charact. Π *vg.*, carect. DO, caracteram Z*), *cf.* caracter CΘT *m*, *gr.* τὸ (1. *al.*[18] *om.*) χάραγμα: notam *gig. Prim.* (*infra*) *Beat.* (*lemm.*; VII. i. 17); *cf.* xiii. 16, *etc.* > notam sumit *Prim. contra ord. gr.* **eius** *sec.*, *cf.* illius *m*, *cum gr. omn.* αὐτοῦ (46. *al.*[2] αὐτῶν): *om.* KΠ*.

12. **hic** *cum gr. paene omn.* ὧδε: haec DK[c] *c Prim. Ber., cf. gr.* 28. *al.*[5] ἡ δέ. **patientia** (pacient. KΣVWZ[c], pacienc. O; paenitentiam Z*) **sanctorum est** *etiam Beat.* (VII. i. 19), *cf.* sustinentia sanc. est *Beat.* (*lemm.*), *cum ord. gr. paene omn.* ἡ (4. *al.*[14] *om.*) ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστίν: > sanc. patientia est *Bentl.**; > est patientia (pac. Π) sanc. Π *gig. Prim. Ber. cum ord. gr.* ℙ[47] ἐστὶν ἡ ὑπ. τ. ἁγ.; patientia (pac. G) sanc. *tantum* FGU* *cum gr.* 149. 186 ἡ ὑπ. τ. ἁγ. (*sine* ἐστίν); *deinde gr.* E 1. *al. fere*[100] + ὧδε, *non autem latt.* **hic ... est**: *cf.* xiii. 10. **qui**

13 Et audiui uocem de caelo
dicentem scribe
beati mortui qui in domino
moriuntur
a modo iam dicit spiritus
ut requiescant a laboribus suis
opera enim illorum
sequuntur illos
14 et uidi et ecce nubem
candidam
et super nubem sedentem
similem filio hominis
habentem in capite suo
coronam auream

---

custodiunt (custodiant G), *gr. plur.* οἱ τηροῦντες *et* ℵ 36. *al.*[10] τῶν τηρούντων : q. seruant *Prim, Beat.* (*lemm.*; VII. i. 19). **mandata**, *gr.* τὰς ἐντολάς : praecepta *Prim.* **dei** *cum gr. plur.* τοῦ Θεοῦ : domini D; *gr.* 1. *al.*[10] *om., non autem latt.* **qui . . . dei** : *cf.* xii. 17. **iesu** (ihesu C) : *gr.* 21. *al.*[13] + Χριστοῦ, E 17. *al.*[5] + χαρήσονται, *non autem latt.*

13. audibi T. **uocem de caelo** (celo OW) **dicentem** *cum ord. gr. plur.* φωνῆς (25. *al.*[16] φωνήν; 130. 200 + μεγάλην) ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης (25. *al.*[11] λέγουσαν) : *gr.* ℵ 38. *al.*[2] > φωνῆς λεγ. (38. *al.*[2] + μοι) ἐκ τ. οὐρ.; u. dic. *tantum* Z*; *deinde* + mihi D *vg. cod. caraf. dem. diu. gig. m Prim. Cassiod.* (*lemm.*) *Baed.* (*hic* D; *non autem hic* SO *et P. L.* xci. 458) *Ber. cum gr.* E 1. *al. mu. qui add.* μοι (*cf.* 38. *al.*[2] *supra*). **scribe** (-bae KΣ*, s *in ras. scr.* U) *etiam Baed.* (*hic*) *cum gr. paene omn.* γράψον : *om. Baed.* (*P. L.* xci. 458) *cum gr.* 18. 31. **beati** *etiam Aug.* (vii. 587), *gr.* μακάριοι : felices *Aug.* (ii. 806) *Prim. Cassiod.*; *deinde* + uero *Baed.* (*hic* D) *sine auct. gr.* **mortui** = *gr.* 103. *al.*[3] νεκροί, *cf.* illi m. *Prim.* = *gr. paene omn.* οἱ νεκροί (63 πτωχοί) : *gr.* 149*. 186 *om., non autem latt.* **qui in domino moriuntur** *cum gr.* ℵAEQ𝔓[47] 1. *al. pler.* οἱ (𝔓[47] 1oc. 228 *om.*) ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες, *cf.* q. in d. mortui sunt *Prim.*: q. in christo moriuntur *Beat.* (*lemm.*; VII. i. 21) *cum gr.* CP 113. 130 οἱ ἐν Χριστῷ ἀπ.; *gr.* 111 οἱ ἐν Θεῷ ἀπ. **moriuntur · a modo iam** *etc. disting. codd. vg. cod. caraf. c dem. diu. gig. haf. Aug.* (ii. 806) *Eucher.* (*form.* 5) *Uigil.* (*Uarim.* iii. 37) *Prim. Cassiod.* '*Defensor*' (*P. L.* lxxxviii. 699) *Baed. Iulian.-Tol.* (*P. L.* xcvi. 498) *Beat. Ber. cum gr.* Q 2. *al. fere*[50] : moriuntur a modo · iam *etc. disting. Bentl. m cum gr.* P 10. *al. plus*[60]; *non liquent Aug.* (vii. 587) *Fulg.* (*P. L.* lxv. 718) *cum gr.* ℵACE𝔓[47] *al. mu. qui nec ante nec post* ἀπάρτι *interpungunt.* **a modo** (amodo *uno uerbo* W *vg.*; + enim *Iulian.-Tol.*) **iam dicit**, *cf.* a modo etiam d. (*Bentl.*) *m Aug.* (vii. 587) *Beat.* (VII. i. 22—a modo . . . illos *def. lemm.*), *et* abhinc etiam d. *Prim., cum ord. gr.* ℵ[c]ACEP 1. *al. mu.* ἀπάρτι ναὶ (88. 146 καὶ) λέγει : > iam ex hoc utique d. *gig.*; *gr.* Q 2. *al. plus*[100] > ἀπ. λ. ναί (33. 98 καί); a modo d. (*sine* iam) *Uigil. cum gr.* ℵ*𝔓[47] 16. *al.*[5] ἀπ. λ. *tantum.* **ut** (huti C) **requiescant** *et gr. paene omn.* ἵνα (40. 210 καὶ ἵνα) ἀναπαήσονται (CE*Q 1. *al.*[42] -παύσονται; E[c]P 2. *al. plu.* -παύσωνται; 103. *al.*[2] -παύονται); *gr.* 𝔓[47] 36** ὅτι ἀναπαήσονται (36** -παύσονται); 149. 186 ἀναπαύσωνται *tantum.* **a laboribus** *et gr.* ἐκ (14. *al.*[3] ἀπὸ) τῶν κόπων (91. 182 πόνων; 14. 92 ἔργων) : a doloribus G. **opera** (hop. C) **enim**, *cf.* > nam op. *Aug.* (vii. 587) *Prim. Iulian.-Tol., cum gr.* ℵACP𝔓[47] 18. *al.*[16] τὰ γὰρ ἔργα : *gr.* EQ 1. *al. pler.* τὰ δὲ ἔργα *apud latinos non redduntur.* **illorum** (illur. Z*), *cf.* eorum Θ *m Aug.* (vii. 587) *Prim. Iulian.-Tol. Beat.* (VII. i. 22), *cum gr. plur.* αὐτῶν : *om.* D *cum gr.* 1. *al.*[18]; *deinde* + sancta *Beat.* (VII. i. 22) *sine auct. gr.* **sequuntur** (secun. AFGKOΠZ, sequn. CT, equ *in ras. scr.* Σ[2], quuntur *in ras. scr.* U), *gr.* ἀκολουθεῖ : comitantur *Prim.* **illos** *etiam Aug.* (vii. 587 *test. Bened.*), *cf.* eos Z *dem. m Aug.* (vii. 587 *teste Hoffmann*) *Prim. Iulian.-Tol.*: cum eis *Beat.* (VII. i. 22) *et gr.* μετ' αὐτῶν.

14. **et uidi et ecce** *etiam Baed.*[SO] *cum gr. paene omn.* καὶ εἶδον καὶ ἰδού : > et ecce u. *Baed.*[D]; *gr.* ℵ 129. 130 κ. ἰδού *tantum.* **nubem candidam**, *cf.* n. albam (+ siue candidam *Tyc.*[Hm]) *Tyc.*[H] *Prim. Beat.* (*praef.* v. 29; *lemm.*; VII. ii. 1), *et* > albam n. *libere Cassiod.* (*comm.*): nubes candida ΣW *Bentl. et* nubes alba *gig.* = νεφέλη λευκή (156 > λ. ν.). **super** (supra CFGΘKOΣ TUVZ *Bentl. c dem. diu. gig. haf. Tert.* (*cor.* 15 *libere*); desuper *deinde* + ra *eras.* Π) **nubem** *cum gr. omn.* ἐπὶ τὴν (41. *al.*[9] τῇ; 111. *al.*[7] τῆς) νεφέλην (41. *al.*[11] -λῃ, 111. *al.*[6] -λης; 14. *al.*[14] κεφαλήν, 146 κεφαλῆς) : super eam *Prim.* **sedentem** (saed. C) = *gr. plur.* καθήμενον : *gr.* 1. *al.*[55] καθήμενος *et* 𝔓[47] 63. *al.*[2] ὁ καθήμενος (𝔓[47] 63 ὁ ἐπὶ τ. ν. καθ.; 104. 151 > ὁ καθ. ἐπὶ τ. ν.); *om. Beat.* (*praef.* v. 29; *lemm.*; VII. ii. 1) *cum gr.* 56. **similem** (simile Z*) = *gr. plur.* ὅμοιον : *gr.* 1. *al.*[57] ὅμοιος (16. *al.*[4] ὁμοίως); *om.* I* *Tyc.*[H], *cf.* D (*infra*). **filio** = *gr.* CE𝔓[47] 6. *al. sat. mu.* υἱῷ : filium Σ*Z* *Tyc.*[H] *Beat.* (*praef.* v. 29; *lemm.*; VII. ii. 1) = *gr.* ℵAQ[c] 2. *al.*[65] υἱόν (28 υἱῶν); *gr.* 1. *al.*[11] υἱός; *gr.* P υἱοῦ; *gr.* Q* 40. *al.*[4] *om.*; *cf.* i. 13. **sed. sim. fil.** : *in ras. scr.* U. **hominis** = *gr. paene omn.* ἀνθρώπου : *gr.* 16. *al.*[10] ἀνθρώπῳ; *deinde* + et I *cum gr.* 200 *qui add.* καί. > filio hominis similem D *contra ord. gr.* **habentem** = *gr.* ℵ*𝔓[47] 9. *al.*[37] ἔχοντα : habens *Tyc.*[H] *Beat.*

et in manu sua falcem acutam.
15 Et alter angelus exiuit
de templo clamans
uoce magna
ad sedentem super nubem
mitte falcem tuam et mete
quia uenit hora ut metatur
quoniam aruit messis terrae
16 et misit qui sedebat super
nubem falcem suam in terram
et messa est terra.
17 Et alius angelus exiuit
de templo quod est
in caelo

(*praef.* v. 29; *lemm.*; VII. ii. 2) = *gr.* AEQ 1. *al. pler.* ἔχων (30. 98 ὁ ἔχ.). *cf. gr.* ℵ°C 33. *al.*⁴ ἔχων; habente *gig., cf. gr.* 38. *al.*⁴ ἔχοντι. **in capite suo**: super caput suum *Prim.*; *gr.* ἐπὶ τῆς (A 8. *al.*⁴⁸ τὴν; 69** τῇ κεφαλῆς (A 8. *al.*⁴² -λὴν; 69** -λῇ) αὐτοῦ (88. 101 *om.*). **coronam** (chor. C; cornua I* **auream** *cum ord. gr. omn.* στεφανον χρυσοῦν: > aur. cor. *libere Cassiod.* (*comm.*). **sua**, *cf.* eius W *gig., cum gr. omn.* αὐτοῦ: *om. Prim.*; *deinde* + habens *Tyc.*^{Hr}, + habebat *Beat.* (*praef.* v. 30; *lemm.*; VII. ii. 3), *sine auct. gr.*—*cf. uerss.* 17 *et* 18. **falcem acutam** (acc. O, *inter* a *pr. et* c *ras.* 1 *lit.* U) *cum ord. gr. paene omn.* δρεπανον ὀξύ (36 + λίαν): > acutissimam (*cf. gr.* 36 *supra*) f. *libere Cassiod.* (*comm.*) *cum ord. gr.* 189 ὀξὺν δρ.; *gr.* 40. 210 δρ. *tantum*.

15. **alter angelus** (ang˜ D). *cf.* alius ang. Θ *vg. cod. caraf. Prim. Beat.* (VII. ii. 8). *cum ord. gr. paene omn.* ἄλλος ἄγγελος: *gr.* 31. *al.*² > ἄγγ. ἀλλ.; ang. *tantum Tyc.*^{H} (*libere*) *Beat.* (*praef.* v. 31; *lemm.*) *cum gr.* 122*. 167* ἄγγ. (*sine* ἀλλ.); *gr.* 113 ἀλλ. (*sine* ἄγγ.). **exiuit** (exiit Π *gig.*; exibit T) *et gr. paene omn.* ἐξῆλθεν: uenit *Prim. et gr.* 241 ἦλθεν. **de templo** *cum gr.* ℵACP 𝔓^{47} 2. *al. plur.* ἐκ τοῦ ναοῦ: *gr.* E 1. *al.*⁶⁴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ; *om.* C *Prim. cum gr.* 29; *deinde gr.* ℵ 178. *al.*² + αὐτοῦ, *non autem latt.* *gr.* A > κραζων ἐκ τοῦ ναοῦ, *non autem latt.* **clamans** *et gr. paene omn.* κραζων, *cf.* proclamans *Prim. et gr.* 𝔓^{47} ἀ[να]κράζων: et iussit *libere Tyc.*^{H}, *cf. gr.* 113 καὶ ἔκραξε. **uoce** (uocem Z) **magna** *etiam Beat.* (*praef.* v. 31: *lemm.*), *cf.* in u. m. *Beat.* (VII. ii. 8), *cum ord. gr. paene omn.* ἐν (𝔓^{47} 200 *om.*) φωνῇ μεγάλῃ: *gr.* 1. *al.*⁵ > ἐν (113 *om.*) μ. τῇ (113 *om.*) φ.; *om. Tyc.*^{H} (*libere*) *Prim.* **ad** (+ illum *Prim.*) **sedentem** (saed. C, sedente I): sedenti *Tyc.*^{H} (*libere*) *Beat.* (*praef.* v. 31; *lemm.*; VII. ii. 8) = τῷ καθημένῳ. **super** (per *in ras. scr.* A, sī *in ras. scr.* O; supra ΠΖ* *Bentl. dem. gig. h**) **nubem** (*in ras. scr.* O), *gr.* ἐπὶ τῆς (21. *al.*⁹ τὴν) νεφέλης (21. *al.*⁹ νεφελην; 146 κεφαλῆς): + dicens DΠ *Baed.*^{D} (*non autem* ^{SO}) *Ber. cum gr.* 189 *qui add.* λέγων. **mtte** U. **tuam**: + acutam Σ *sine auct. gr.* **et mete** (-tae I): *om.* Z*. **quia** *etiam Beat.* (*praef.* v. 31; VII. ii. 8), *gr.* ὅτι: quoniam (*quoniam h*) *h Prim. Beat.* (*lemm.*). **uenit** (uent I) . . . **quoniam**: *om. Beat.* (*praef.* v. 31). **hora**: *gr.* E 1. *al.*²⁷ + σου, 7. *al. fere.* + σοι, *non autem latt.* **ut metatur** (e *ex* i *in ras.* 2 *litt. scr.* Σ): metendi CT *Bentl.** *gig. h Prim. Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 8); *gr. plur.* θερίσαι, 10. *al. mu.* τοῦ θερισαι, *et* ℵ 38. *al.*⁷ τοῦ θερισμοῦ. **quoniam**, *gr.* ὅτι (164. 166 καί): quia *deinde* + iam *h Prim.* **aruit** (har. C, atuit Θ*) *etiam Beat.* (VIII. vi. 2), *cf.* arida est *h Prim.* (*uide infra*), *cum gr. omn.* ἐξηράνθη: maturuit Θ°, *cf.* maturauit O, matura facta est *Beat.* (*praef.* v. 31; *lemm.*; VII. ii. 8), *et uers.* 18. **messis** (messes A*G°Z*; mensis Π*), *gr.* ὁ θερισμός: seges (*et* > seges arida est *contra ord. gr.*) *Prim.* terre OW.

16. *Uers. om. Beat.* (*praef.* v. 31) *et def. Baed.*^{SO} **et** *pr.* = καί: tunc *Prim.* (*infra*). **qui sedebat** (saed. C): sedens *Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 10), *cf.* ille sedens *h Prim.* (*infra*), *et gr.* ὁ καθημενος. **super** (supra CFΘKOΣTUV *Bentl. c dem. diu. gig.*) **nubem**: *gr.* ἐπὶ τὴν (ℵA 36. *al.*²⁵ τῆς; Q 2. *al.*⁵¹ τῇ) νεφέλην (ℵA 36. *al.*²⁵ -λης; Q 2. *al.*⁵³ -λῃ). **et** *pr.* . . . **nubem**: > tunc ille sedens super nubem misit *Prim.* **in terram** = *gr.* 104. 151 εἰς τὴν γῆν, *cf.* super terram *Prim.* = *gr. paene omn.* ἐπὶ τὴν γῆν, *et gr.* 36. *al.*³ ἐπὶ τῆς γῆς: in terra (a *in ras. scr.* T) lTS *c gig. Cassiod.* (*comm. libere*) = *gr.* 149. 186 ἐν τῇ γῇ. **messa** (demessa 𝔓𝔔 *cod. caraf. Prim.*) **est terra** = ἐθερίσθη (21. *al.*⁸ ἐξηράνθη; 200 ἐκαθαρίσθη): messuit (demessuit *diu.*) terram FKOVW *c dem. diu. Ber., cf.* demessuit eam ϛS; messa est terram CT, *cf.* demessus est terram *h*.

A **misit** *usque ad finem Apoc. def.* Z.

17. *Uers. om. gr.* 14. *al.*⁵, *non autem latt.* **alius angelus** (hang. C) *cum ord. gr. plur.* ἄλλος ἄγγελος, *cf.* alter ang. *gig.*: *gr.* 26. *al.*⁸ > ἄγγ. ἀλλ.; anguē *tantum* D); *gr.* 1. *al.*¹² ἄλλ. *tantum* (*sed* 1. *al.*¹¹ *add.* ἀγγ. *post* οὐρανῷ *infra*). **exiuit** (exiit DΠ* *dem. gig.*; exibit T) = ἐξῆλθεν (Q ἦλθεν): processit *Prim.* **de** (+ medio *Beat.* VII. ii. 11) **templo** (m *in ras. scr.* A) **quod** (*in ras. scr.* O) **est** (*in ras. scr.* O) **in** (*in ras. scr.* O) **caelo** (celo OW) *etiam Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 11) *cum gr. plur.* ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν τῷ (C *om.*) οὐρανῷ—*cf. gr.* 𝔓^{47} 46. *al.*¹² ἐκ τ. ν. αὐτοῦ ἐν τ. οὐρ., 7. *al.*¹¹ ἐκ τ. ν. ἐν τ. οὐρ., 59 ἐκ τ. ν. αὐτοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, *et* 12* ἐκ τ. ν. τοῦ οὐρανοῦ: de t. *tantum Beat.* (*praef.* v. 31); *gr.* 130 ἐκ τοῦ

habens et ipse falcem acutam
18 et alius angelus de altari
qui habet potestatem
supra ignem
et clamauit uoce magna ad eum
qui habebat falcem acutam
dicens
mitte falcem tuam acutam
et uindemia botros
uineae terrae
quoniam maturae sunt
uuae eius
19 et misit angelus falcem suam
in terram et uindemiauit
uineam terrae
et misit in lacum irae dei magnum

οὐρανοῦ *tantum*, *cf.* 189 ἐκ τοῦ οὐρανοῦ αὐτοῦ. habens et ipse *cum ord. gr. paene omn.* ἔχων καὶ αὐτός: > et ipse h. *h Prim. Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 12); > ipse et h. *Beat.* (*praef.* v. 31); *gr.* 156 κ. ἔχ. κ. αὐ.; *gr.* 98 ἔχ. κ. *tantum*. acutam (*inter* a *pr. et* c *ras.* 1 *lit.* U): *gr.* 36 + λίαν.

18. et *pr.* . . . acutam *pr.*: *om. Beat.* (*praef.* v. 31). et *pr.* = καί: item *Prim.* alius angelus (hang. C, ang˜ D) *etiam Baed.*^{SO} *cum ord. gr. paene omn.* ἄλλος ἄγγελος: > ang. al. *Baed.*^{D} *cum ord. gr.* 121. 164 ἄγγ. ἄλλ.; *gr.* 100. 113 ἄλλ. *tantum*; *deinde* + exiuit (exiit *dem.*; *in ras. scr.* O) ΘOW *vg. cod. caraf. dem. diu. h haf. Beat.* (VII. ii. 12; *non autem lemm.*) *Ber. cum gr. plur.* (A$\mathfrak{P}^{47}$ 81* *al.*^{8} *exceptis*) *qui add.* ἐξῆλθεν (59. *al.*^{2} ἦλθεν; E 17. *al.*^{7} > ἐκ τοῦ θυσ. ἐξ.); *cf. uerss.* 15 *et* 17. de altari, *cf.* de ara *h Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 12), *cum gr. omn.* ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου: *om. Prim.*; *deinde* + dei *h sine auct. gr.*—*cf.* vi. 9, viii. 3, 5, ix. 13, xi. 1, *et* xvi. 7. qui habet, *cf.* qui habebat ΘOW *vg. cod. caraf. c haf. Ber., et gr.* AC 200 ὁ ἔχων: habens *h Prim. Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 13) = *gr.* ℵEPQ$\mathfrak{P}^{47}$ 1. *al. pler.* ἔχων (*sine* ὁ). supra (super CDΠ*T *dem. h Prim. Baed.*^{O} *Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 13)) ignem *cum gr. paene omn.* ἐπὶ (217. 223 ἐκ) τοῦ πυρός: *gr.* 38. *al.*^{3} τ. πυρ. *tantum*; *deinde* + et aquam O *sine auct. gr.* et *sec. cum gr. omn.* καί: *om.* D *c Baed.* clamauit (clamabit *h*) = ἐφώνησεν: exclamauit O; *deinde* + ad eum D (*uide infra*). uoce (uocem Σ*) = *gr.* ℵAQ 31. *al.*^{18} φωνῇ (31. *al.*^{4} ἐν φ.): *gr.* CEP$\mathfrak{P}^{47}$ 1. *al. pler.* κραυγῇ (2. *al.*^{76} ἐν κρ.). magna ad eum: *in ras. scr.* Σ^{2}. ad eum . . . acutam *pr.*: *in ras. scr.* U; *def. Baed.*^{SO} ad eum qui habebat, *cf.* ad illum q. h. *h*, ad eum q. habet V *Bentl.*, ei q. habebat *Baed.*^{D}, *et* habenti *Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 14), *cum gr. paene omn.* τῷ (31 *om.*) ἔχοντι—*cf. etiam* ad angelum q. habebat I: q. habebat *tantum* CFGΘT, *cf.* q. habet *tantum* A*D (*uide supra*) Π, *et gr.* 210 τὸ ἔχων (*sic*). acutam *pr.*: *in ras.* dicens *scr.* A. dicens *cum gr. paene omn.* λέγων (ℵ* 137* λέγω): *gr.* 14. *al.*^{9} *om.* falcem tuam *etiam Uict.-Pet.*^{YΦS} *cum ord. gr.* ℵ 44. *al.*^{4} τὸ δρέπανόν σου, *cf. gr. plur.* > σου τ. δρ., *et* 12**. *al.*^{2} σου τ. δρ. σου: f. (*sine* t.) *Uict.-Pet.*^{A} *cum gr.* 40 τ. δρ. *tantum*. acutam (*inter* a *pr. et* c *ras.* 1 *lit.* U) *sec. etiam Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 14) *cum gr. omn.* τὸ ὀξύ (12*. *al.*^{9} *exceptis qui om.* πέμψον . . . ὀξύ *sec.*): acutissimam *Hieron.* (vi. 815); *om. c Beat.* (*praef.* v. 31). et *tert. cum gr. paene omn.* καί: *om. gig. cum gr.* 100. *al.*^{2} uindemia (uiendim. D, inde *in ras. scr.* U) *cum gr. paene omn.* τρύγησον: mete *Hieron. cum gr.* 146 θέρισον. botros (but. CD, os *in ras. scr.* Σ^{2}; botruos F^{e}T, boruos F*; botrus AK *Baed.*^{O}; botruones *Uict.-Pet.*^{Y}) *cum gr. paene omn.* τοὺς βότρυας (39. *al.*^{3} βότρϊας, 21. *al.*^{12} βότρῦς): *gr.* 25. *al.*^{5} τὰς (94 τοὺς) βοτάνας; *om. Hieron.* (*ut uers.* 19). uineae (-naeae IΣ*, -niae D, -nee OW) *etiam Uict.-Pet.*^{YΦS}, *cf.* uuae *Uict.-Pet.*^{A}, *cum gr. paene omn.* τῆς ἀμπέλου—*cf. etiam* uinearum *h et* uineam *Hieron.* (*ut uers.* 19): *gr.* 1. *al.*^{3} *om., non autem latt.* terrae (-re OW) = τῆς γῆς: tuam *Hieron.* quoniam (ὅτι): quia *gig.* maturae (-re OW) sunt uuae (huuae C, uue OW, ae *in ras. scr.* Σ^{2}) = *gr.* ℵACEP$\mathfrak{P}^{47}$ 1. *al. sat. mu.* ἥκμασαν αἱ σταφυλαί: *gr.* Q 2. *al.*^{87} ἥκμασεν ἡ σταφυλή; adultae factae sunt uua (*sic*) *h*; *deinde* + uineae Σ *sine auct. gr.* eius *cum gr.* ℵACEP$\mathfrak{P}^{47}$ 1. *al. mu.*: *gr.* Q 2. *al.*^{100} τῆς γῆς *apud latinos non redduntur.*

et clamauit . . .[19] terrae: *def. Prim.*

quoniam . . .[19] terrae: *om. Beat.* (*praef.* v. 31) *cum gr.* 102*.

19. misit (missit D) *pr. cum gr. plur.* ἔβαλεν: *gr.* 2. *al.*^{83} ἐξέβαλεν. hangelus C, ang˜ D. suam (s *ex* t O) *cum gr. omn.* αὐτοῦ: *om. Uict.-Pet.*^{ΦS}; *deinde* + acutam K *vg. c haf. Ber. sine auct. gr.* in terram (terra I *Cassiod.* (*comm. libere*)) = *gr.* ACEPQ 1. *al. pler.* εἰς τὴν γῆν, *cf.* $\mathfrak{P}^{47}$ 111 ἐπὶ τὴν γῆν *et* ℵ 38. *al.*^{5} ἐπὶ τῆς γῆς: *om.* KV *c Uict.-Pet.*^{ΦS} *cum gr.* 119. *al.*^{4} uindemiauit (-deamit C, -dimiauit D, *inter* a *et* u *sec. eras.* m Π, nde *in ras. scr.* U; uindemiabit T). uineam (-niam D) *cum gr. omn.* τὴν ἄμπελον: botros uineae *diu.* (*ut uers.* 18). terre OW. misit (missit D) *sec. etiam Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 19) = ἔβαλεν: mitte *Beat.* (*praef.* v. 31). in lacum (lach. C, lacc. G; locum *Baed.*^{O}; *deinde* + siue torcular *Baed.*^{SOD}) irae (ire OW) dei magnum (magnam *gig.*—*cf. gr.* ℵ *etc. infra*; in . . . magnum *in ras. scr.* Σ^{2}) *ambiguum est, cf.* in torcular ir. d. m. *h Tyc.*^{Hm}, *et gr.* 1. *al. fere*^{35} εἰς τὸν ληνὸν

20 et calcatus est lacus
extra ciuitatem
et exiuit sanguis de lacu
usque ad frenos equorum
per stadia mille sescenta.

XV. 1 Et uidi aliud signum in caelo
magnum et mirabile
angelos septem habentes
plagas septem nouissimas
quoniam in illis consummata
est ira dei
2 et uidi tamquam mare uitreum

(251 + τοῦ οἴνου) τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τὸν μέγαν (251 μέγα) : *gr.* ℵ 7. *al.*[33] εἰς τὴν ληνὸν τ. θυμ. τ. Θ. τὴν μεγάλην (*cf. gig. supra*) *et* > 34. *al.*[8] εἰς τὴν ληνὸν τὴν μεγάλην τ. θυμ. τ. Θ. (*cf. ord. Beat.* VII. ii. 19 *infra*); in torculari ir. d. magnum *Tyc.*[Hv] *Prim., cf.* in torcular ir. d. illum magnum *Beat.* (*lemm.*) *cum gr.* ACEPQ 2. *al. fere*[90] εἰς τὴν ληνὸν (C αλωναν ; 38. *al.*[3] + τοῦ οἴνου) τ. θυμ. τ. Θ. τὸν μέγαν (A 18. *al.*[3] μέγα), *et* > in torcular illum magnum ir. d. *Beat.* (VII. ii. 19 ; *cf. ord. gr.* 34. *al.*[8] *supra*)—*adnotant Tyc.*[H] '*Non* in torcular magnum, *sed* ipsum misit in torcular, *id est superbum quemque*', *Prim.* (*comm.*) '*Dicendo* irae dei *sententiam hic pro* ira dei *posuit, quam superbo dicit inflictam, quem etiam* magnum *uocat. Tu, inquit, humiliasti sicut uulneratum superbum, nam* torcular, *sicut Graeca exemplaria continent, feminini generis posuit, et* magnum *masculini*', *et Beat.* (VII. ii. 19) '*Quid est* magnum *dici nisi superbum? Nullus peccatus est maior quam superbia. Non* torcular magnum, *sed* illum magnum misit in torcular, *id est, unumquemque superbum. Quod aperte hoc dictum est secundum sermonem Graecum, quem* torcular *feminini generis nuncupauit, et* magnum *masculini dixit*'; *gr.* 𝔓[47] 36. *al.*[5] εἰς τὴν (36 τὸν) ληνὸν (176. 206 + τοῦ οἴνου) τ. θυμ. τ. Θ. (36 + μου) τοῦ μεγάλου ; *gr.* 16. *al.*[6] εἰς τὴν ληνὸν τ. Θ. τὴν μεγάλην *tantum et* 12. *al.*[8] εἰς τὴν (12 τὸν) ληνὸν τ. Θ. τὸν μέγαν *tantum* ; in torcular ir. d. *tantum Uict.-Pet.* (*semel libere*), *cf.* in torcular ir. animationis d. *tantum Uict.-Pet.*[ΦS] (*semel*), > in furoris d. torcular *tantum Cassiod.* (*comm. libere*), *et* in torcular ir. furoris domini *tantum Beat.* (*praef.* v. 31).

20. **calcatus est lacus** (lach. C, lacc. G, a *ex* o O), *cf.* calcatum est torcular *Uict.-Pet.*[ΦS] (*semel*) *Tyc.*[H] *Beat.* (*lemm.*; VII. ii. 21), *cum gr.* ἐπατήθη (62. 136 ἐτέθη, 72. *al.*[4] ἐτέθι, 1 ἐτίθη, 208 ἐτίθει) ἡ (16. *al.*[25] ὁ) ληνός : calcatum (tum *def. h*) est in torculari *h Prim.* ; calcatum *tantum Uict.-Pet.* (*semel libere*) ; *deinde* + a foris *gig.*, + foris *Uict.-Pet.*[Φ] (*semel*), + furoris *Uict.-Pet.*[S] (*semel*), *sine auct. gr.* **extra ciuitatem** *etiam Beat.* (*lemm.*), *gr.* ἔξωθεν (ℵ 1. *al. mu.* ἔξω) τῆς πόλεως : e. ciuitate *Beat.* (VII. ii. 21). **exiuit** (exiit Π* *gig.* ; exiet *Uict.-Pet.*[AY] *libere*) = ἐξῆλθεν : manauit inde (de sanguis *def. h*) *h Prim.* **de lacu** (-chu C, -co F, a *ex* o O), *cf.* de torculari *Uict.-Pet.*[ΦS] *Tyc.*[H] *Beat.* (*lemm.* ; VII. ii. 34, 35), *cum gr. omn.* ἐκ τῆς (41. *al.*[7] τοῦ) ληνοῦ : *om. h Uict.-Pet.*[AY] (*libere*) *Prim., cf. gr.* 113 *qui* > ἐκ τ. λ. αἷμα. husque C. **frenos** (fraen. IϚ, re *in ras. scr.* O ; + *ras.* 1 *lit.* U). **equorum** (heq. C ; aequorum Π* *ut udtur* Σ*) = τῶν ἵππων : eorum *h**. **per stadia** (+ *ras.* 1 *lit.* Σ ; stadios *Prim.*) **mille** (e *in ras. scr.* Σ[2] ; *om.* A* ; per . . . mille *in ras. longiore scr.* O) **sescenta** (sexc. CFGΘK ΟΠΣU*VW *vg.* ; sexcentos *Prim.*) *cum gr.* ℵ[c]Λ CEPP[47] 1. *al. plu.* ἀπὸ σταδίων χιλίων (159 *om.*) ἑξακοσίων, *cf.* per st. ·ī d c· D *et* per istadio ·m·d·c·*h cum gr.* Q 2. *al.*[76] ἀπὸ στ. ,ᾱχ—*cf. etiam gr.* 80. 138 ἀπὸ στ. χιλίων ἑξακοσίων ἓξ *et* 21. *al.*[8] ἀπὸ στ. ,ᾱχϛ : a stadiis mille quingentis *gig.* ; *gr.* ℵ* 26. 107 ἀπὸ στ. χιλίων διακοσίων. **et exiuit . . . sescenta** : *def. Ber.*

XV. 1. **uidi** = εἶδον : uidit O*. **aliud** (-ut G, d *in ras. scr.* Σ[2]). **celo** OW. **mirabile**, *gr.* θαυμαστόν (14. *al.*[2] θαυμάσιον) : admirabilem *Prim.* ; *deinde* + et O*. **angelos** (anguel. D) **septem** (VII DFUVW *c*) *etiam Uict.-Pet.* (*hic* [YΦS]) *cum ord. gr. omn.* ἀγγέλους ἑπτά : > *septem* angelos *h*, *cf.* > septem angeli *libere Uict.-Pet.* (*fabr. mund.* 8) ; *deinde* + stantes *h sine auct. gr.*—*cf.* vii. 1. **habentes** (s *ex* m Σ) **plagas septem** (t *sup. lin.* V ; VII FΠ[c]U *c* ; + illas *h*) **nouissimas** *etiam Uict.-Pet.* (*hic* [ΦS]) *cum gr. plur.* ἔχοντας πληγὰς ἑπτὰ τὰς (10. *al.*[6] *om.*) ἐσχάτας : > h. septem (VII W) pl. n. GIW *Ber. cum ord. gr.* 28. *al.*[30] ἔχοντας (111 ἔχοντα) ἑπ. πλ. τ. ἐσχ. ; > sept. h. pl. n. D ; h. pl. n. *tantum* Π* *cum gr.* 36 ἔχ. πλ. τ. ἐσχ. (*sine* ἑπ.) ; h. pl. *tantum Uict.-Pet.* (*hic* Y) ; *gr.* 218 πλ. τ. ἐσχ. (*sine* ἔχ. *et* ἑπ.). **quoniam** *etiam Uict.-Pet.* (*hic* Y) *Beat.* (*lemm.* ; VII. iii. 2), *gr.* ὅτι : quia *gig. Uict.-Pet.* (*hic* [ΦS]) *Beat.* (*praef.* v. 33). **in illis**, *cf.* in ipsis *Uict.-Pet.* (*hic* [ΦS]) *Beat.* (*praef.* v. 33 ; *lemm.* ; VII. iii. 2), *et gr. plur.* ἐν αὐταῖς (1. 208 αὐτοῖς) : in his *Uict.-Pet.* (*hic* Y) *Tyc.*[H] *cum gr.* E 17. *al.*[29] ἐν ταύταις. **consummata** (-sumata O) **est** *etiam Uict.-Pet.* (*hic* [ΦS]) *Beat.* (*praef.* v. 33), *gr.* ἐτελέσθη : finita est *Uict.-Pet.* (*hic* Y) *Tyc.*[H] *Beat.* (*lemm.* ; VII. iii. 2). *gr.* 𝔓[47] > ἐτελέσθη ἐν αὐταῖς, *non autem latt.* **ira** *etiam Uict.-Pet.* (*hic* Y) *Beat.* (*lemm.* ; VII. iii. 2), *gr.* ὁ θυμός : indignatio *Uict.-Pet.* (*hic* [ΦS]) *Prim.* (*infra*) *Beat.* (*praef.* v. 33), *cf.* indignatione *libere Cassiod.* (*comm.*). **dei** *cum gr. paene*

mixtum igne
et eos qui uicerunt bestiam
et imaginem illius
et numerum nominis eius
stantes supra mare uitreum
habentes citharas dei
[3] et cantantes canticum
mosi serui dei
et canticum agni
dicentes magna et mirabilia
opera tua domine deus omnipotens
iustae et uerae uiae tuae
rex saeculorum
[4] quis non timebit te domine et mag-

---

omn. τοῦ Θεοῦ: *om.* D^{c} *cum gr.* 159*; *gr.* 69 αὐτοῦ. > indignatio dei consummata est *Prim. contra ord. gr.*

2. **tamquam** (tanq. KOWϛ℔, tāquā Π), *cf.* uelut *h Prim.*, sicut *Tyc.*^{H} *Beat.* (*praef.* v. 35; *lemm.*; VII. iii. 5), *et* quasi '*Cypr.*' (*test.* iii. 20^{W}), *cum gr. paene omn.* ὡς: *om.* F *cum gr.* 122. 167. matre O*. **uitreum** *pr.*: re *ex* er O. **mixtum** (myxt. I, mist. *vg.*) **igne** (igni I *gig.*; in sanguine Π*—*cf.* viii. 7), *cf.* permixtum ig. *Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 5), *cum ord. gr.* μεμιγμένην πυρί: > igni permixtum *h Prim.*, *cf.* igne permixto *libere Cassiod.* (*comm.*), *contra ord. gr.* **mixtum . . . eius**: et *tantum Beat.* (*praef.* v. 33), *cf. gr.* 149. 186 *qui* μεμιγμένην . . . ὑαλίνην *sec. per homoioteleuton om.* **eos qui uicerunt** (uincerunt D) **bestiam et imaginem** (hym. C) **illius**, *cf.* eos q. u. b. et im. eius KΠVW *vg. cod. caraf. Bentl. c diu. haf. Baed. Ber.*, uictores bestiae et imaginis eius '*Cypr.*', *et* uictorem (*sic*) bestiae et simulacri eius *Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 9), *cum ord. gr.* ℵACEPℙ^{47} 1. *al. sat. mu.* τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου καὶ ἐκ (ℵℙ^{47} 7. *al.*^{12} *om.*—*cf. h Prim. infra*) τῆς εἰκόνος αὐτοῦ—*cf. etiam* > eos qui de bestia et (*sine* de—*cf. gr.* ℵℙ^{47} 7. *al.*^{12} *supra*) imagine eius uictoriam ferent *h* (*infra*) *Prim.* (*infra*): *gr.* Q 2. *al.*^{73} > τ. ν. ἐκ (98 *om.*) τῆς εἰκόνος (32 + Θεοῦ) καὶ (32 *om.*) ἐκ (40. *al.*^{3} *om.*) τοῦ (32 *om.*) θηρίου αὐτοῦ (109 αὐτῆς; 13. *al.*^{4} *om.*); uictores bestiae *tantum Tyc.*^{H} *cum gr.* 176 τ. ν. ἐκ τοῦ θηρίου *tantum*; *deinde gr.* E 1. *al. fere*^{60} + καὶ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ, *non autem latt.*; *cf.* xiii. 16, 17, *etc.* **et numerum nominis eius** *etiam Baed.*^{S} *Beat.* (VII. iii. 9), *cf.* et num. nom. illius DKOV *c diu.*, et numerus nom. eius '*Cypr.*', *et* et numeri nom. eius *Beat.* (*lemm.*), *cum gr. paene omn.* καὶ (141. *al. pauc. om.*) ἐκ (18 *om.*) τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ (12 *om.*): *om. h* (*infra*) *Tyc.*^{H} *Prim.* (*infra*) *Baed.*^{OD} *cum gr.* 16. *al.*^{6}; *deinde* + CXLIIII '*Cypr.*' *sine auct. gr.* **stantes** (stantis I) **supra mare uitreum** *etiam Uict.-Pet.*$^{A\Phi S}$ (*libere*), *cf.* st. super m. u. AD *vg. cod. caraf. Tisch. dem. Uict.-Pet.*^{Y} (*libere*) *Tyc.*^{H} *Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 9) *Ber., cum ord. gr. paene omn.* ἑστῶτας ἐπὶ τὴν (84. *al.*^{2} *om.*) θάλασσαν τὴν ὑαλίνην (31. *al.*^{11} + τὴν μεμιγμένην πυρί)—*cf. gr.* 189 > ἑστ. ἐπὶ τ. ὑαλ. θ.: > ||||||||| mare st. (*sine* u.) *h* (*infra*), *cf.* > super st. (*sine* m. *et* u.) *Prim.* (*infra*); st. super eum *Beat.* (*praef.* v. 35); *deinde* + et *Beat.* (*lemm.*; *non autem praef.* v. 35 *et comm.*), *cf. gr.* 149. 186 *qui add.* καί τινας ἄλλους. **eos . . . uitreum** *sec.*: > super (*def. h*) mare (*om. Prim.*) stantes uidi eos qui de bestia et imagine (e *def. h*) eius (*def. h*) uictoriam ferent *h Prim. contra ord. gr.* **citharas** GΘ*IKOΠΣUV W. **dei** *etiam Beat.* (*lemm*; VII. iii. 12) *cum gr. paene omn.* τοῦ Θεοῦ, *cf. gr.* ℵ κυρίου τ. Θ.: et fialas *in fine pericopes Uict.-Pet.* (*libere*) *Beat.* (*praef.* v. 35); *om. h.*

3. **et** *pr.* . . . **dei**: *gr.* C *om.*, *non autem latt.* **cantantes** (a *pr. ex* o O) = *gr.* ℵ 123. *al.*^{5} ᾄδοντας: cantant G *Bentl. gig.* = *gr. plur.* ᾄδουσιν (ℙ^{47} ᾄδωσιν); *cf.* v. 9 *et* xiv. 3. **moysi** ACDΘK OΠΣTUVW *vg.* **dei** *cum gr. paene omn.* τοῦ (78 *om.*) Θεοῦ: *om.* D*; *gr.* 100 αὐτοῦ. **canticum** *sec. cum gr. paene omn.* τὴν ᾠδήν: *gr.* 34. *al.*^{7} τ. φωνήν; *gr.* 130 *om.* **magni** C; magni Σ*. **magna et mirabilia opera** (hop. C; *om.* Π* *haf.*) **tua** *cum ord. gr. paene omn.* μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, *cf.* mag. et mir. sunt op. t. OW *vg. cod. caraf. dem. diu. Prim.*, mag. et mir. op. t. sunt *Tyc.*^{H}, *et* quia mag. et mir. op. t. *ad init. pericopes Ambr.* (*fid. res.* ii. 132): *gr.* 178. *al.*^{2} > μ. τ. ἔργ. σ. κ. θ., *non autem latt.* **domine deus omnipotens** (hom. C) *cum gr. paene omn.* κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ: *in ras. scr.* Σ^{2}; *gr.* 16. *al.*^{5} κ. π. *tantum*; *deinde* + et T *cum gr.* 224 *qui add.* καί. **iustae** (-te W) **et uerae** (-re W) **uiae** (uie W) **tuae** (tue W) *etiam Baed.*^{OD} = δίκαιαι (113. 200 *om.*) καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου: iustae (-te O) et uerae (-re O) sunt uiae (uie O) tuae (tue O) Θ*OU *vg. cod. caraf. Baed.*^{S} *Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 15), *cf.* iust. et uer. uiae t. sunt *diu.* '*Cypr.*' (*test.* iii. 20^{W}) *Prim.* **rex** *ambiguum est*: *gr. plur.* ὁ βασιλεύς, *cf.* tu (*in ras. scr.* Σ^{2}) es (*in ras. scr.* Σ^{2}) r. Σ^{2} *h*; *gr.* ℵ* 18. *al.*^{25} βασιλεῦ, *cf.* domine r. Θ*Oϛ℔—*adnotat Luc. Brug.* '*Non addas* Domine *ante* Rex'. **saeculorum** (sec. OΣϛ℔ *et* eculo *in ras. scr.* O) *cum gr.* ℵ*CP^{47} 18. *al.*^{11} τῶν αἰώνων (*cf.* I Tim. i. 17): caelorum A; gentium *gig.* '*Cypr.*' *Ambr. Beat. cum gr.* ℵ^{c}AEPQ 1. *al. pler.* τῶν ἐθνῶν, *cf.* omnium gentium *h Prim.*; *gr.* 57. 141 τῶν ἁγίων—*adnotat Luc. Brug.* '*Pro* saeculorum *quidam libri scribunt* sanctorum *prout est Graece*'.

4. *Ad init. gr.* 36 + καί, *non autem latt.* **timebit** *et gr.* 218 φοβηθήσεται: timeat *dem.* '*Cypr.*' (*test.* iii. 20^{W}) *Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 15)

nificabit nomen tuum?
quia solus pius
quoniam omnes gentes
uenient et adorabunt
in conspectu tuo
quoniam iudicia tua
manifestata sunt

5 et post haec uidi
et ecce apertum est templum
tabernaculi testimonii
in caelo
6 et exierunt septem angeli
habentes septem plagas de templo
uestiti lapide mundo candido

---

et gr. paene omn. φοβηθῇ. te *cum gr.* ℵEP^{47} 2. *al. plur.* σε (69. *al.*^{2} σοι; ℵP^{47} 95. *al.*^{11} > τίς σε οὐ (130 *om.*) μὴ (ℵ 95. *al.*^{3} *om.*) φ. *et* 89 > τίς οὐ μή σε φ.): *om.* ACFGIIITU *Bentl. Tisch. c dem. gig. h*$^{teste\ Buchanan}$ '*Cypr.*' *Ambr.* (*fid. res.* ii. 132) *Prim. Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 15) *cum gr.* ACPQ 1. *al.*^{50} domine (e *ex* o Π; no *tantum* I*) *cum gr. paene omn.* κύριε: *om. dem. gig. h*$^{teste\ Buchanan}$ (*cf. autem infra*) '*Cypr.*' *Ambr. Prim. Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 15) *cum gr.* 14. *al.*^{4} magnificabit (magnificauit AFI; + opera tua D*) nomen tuum, *cf.* dabit gloriam nomini tuo *h*, dabit claritatem nomini tuo *Prim., et gr.* ACEPQP^{47} 4. *al.*^{76} δοξάσει τὸ ὄνομά σου: clarificet nomen tuum *Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 15), *cf.* det claritatem nomini tuo *dem.*, det honorem nomini tuo '*Cypr.*', *et gr.* ℵ 1. *al. plur.* δοξάσῃ (12. *al.*^{15} δοξάσοι; 130 θαυμάσῃ) τ. ὄν. σ. quia, *cf.* quoniam *dem. Prim., cum gr. paene omn.* ὅτι: qui *Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 15), *cf. gr.* 39 ὅ (*sic*) *et* E 17 ὅτι ὁ; *deinde* + tu Σ *dem. diu. gig. Prim. Ber. cum gr.* 59. 121 *qui add. sú.* solus: + es *Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 15) *cum gr.* P^{47} 38. *al.*^{10} *qui add.* εἶ—*gr.* 55 + σὺ εἶ, 189 + σν, *et* 251 + καί. pius *cum gr.* ℵACE*P 1. *al. mu.* ὅσιος: sanctus *gig. Ambr. Beat.* (*lemm.*) *cum gr.* E^{mg}Q 2. *al.*^{139} ἅγιος, *cf.* rex sanctus *Beat.* (VII. iii. 15); sanctus et pius *dem.*, *cf.* sanctus domine (*cf. supra*) *et pius h, et gr.* 200 ὅσιος καὶ δίκαιος; *gr.* P^{47} *om. omnino*; *deinde* + es A^{1}DFKOIIUVW *vg. cod. caraf. c dem. diu. gig. h*$^{teste\ Buchanan}$ *haf. Ambr. Baed.*^{D} (*uers. def.* ^{SO}) *Ber. cum gr.* 10. *al.*^{48} *qui add.* εἶ—*gr.* 23 + σὺ εἶ. quoniam *pr., cf.* quia *gig. Ambr., cum gr. paene omn.* ὅτι: et (e *def. h*) *dem. h cum gr.* 36 καί; et quoniam '*Cypr.*' omnes gentes (generationes *h*), *cf.* omn. nationes '*Cypr.*', *et gr.* ℵACEPP^{47} 1. *al. sat. mu.* πάντα τὰ ἔθνη: *gr.* Q 2. *al.*^{89} πάντες. omnes gentes uenient: *in ras. scr.* U. et adorabunt (orabunt *Baed.*$^{D^c}$) *cum gr. paene omn.* καὶ (98 *om.*) προσκυνήσουσιν: *gr.* 176. 218 *om.*; *deinde* + te Π (*cf. gr.* 215 *infra*). in conspectu tuo, *cf.* ante te *gig. Ambr.*, coram te *Prim.*, *et* sub oculis tuis *dem.*, *cum gr. paene omn.* ἐνώπιόν σου: *gr.* 215 σε; *deinde gr.* A 46. *al.*^{9} + κύριε, *non autem latt.* iudicia (c *sup. lin.* T) tua manifestata (manifesta DFΘIKII*ΣU^{c}VW *vg. cod. caraf. c diu. haf. Ber.*; magnificata CG*T) sunt, *cf.* iustitiae tuae manifestatae (manifestae '*Cypr.*'*) s. *dem.* '*Cypr.*', *et* iustificationes tuae manifestatae (manifestae *Beat. lemm.*) s. *gig. Beat.* (*lemm.*; VII. iii. 15), *cum gr. paene omn.* τὰ (18 πάντα τὰ) δικαιώματά σου (112 *om.*—*cf. h infra*) ἐφανερώθησαν (P^{47} ἐφανερώθη): iusta iudicia tua (*om. h*—*cf. gr.* 112 *supra*) manifestata s. *h Prim.*—*cf.* xvi. 7 *et* xix. 2; iudicia tua uera s. U*—*cf. uers.* 3, xvi. 7, *et* xix. 2; *gr.* ℵ δ. (*sine τά*) ἐνώπιόν σου ἐφ. *apud latinos non redditur.*

5. et *pr. cum gr. paene omn.* καί: *om.* I *Capitula* FKU (*supra, p.* 415) *Tyc.*^{H} *Prim. Beat.* (*praef.* v. 37; *lemm.*; VII. iv. 1) *Ber. cum gr.* 25. *al.*^{5}; *cf.* iv. 1, vii. 1, 9, xviii. 1, *et* xix. 1. hec OW. et *sec.*: *om.* A* *sine auct. gr.* ecce *cum gr.* 57. 141 ἰδού: *om. Capitula* D (*supra, p.* 415) (*Bentl.*) *gig. Beat. cum gr. paene omn.* templum tabernaculi (tabernaculum Σ*; + *ras.* 2 *litt.* U) *cum gr. paene omn.* ὁ ναὸς (16. *al.*^{4} + τοῦ Θεοῦ) τῆς σκηνῆς: tabernaculum *tantum Capitula* U* (*supra, p.* 415) *Tyc.*^{H} *cum gr.* 113 ἡ σκηνή *tantum*; *gr.* 90. 91 ὁ ναός *tantum*; *deinde* + sancti *gig. sine auct. gr.* testimonii (testimonium Σ*), *cf.* martyrii (*mart*yri *h*) *h Prim. Cassiod.* (*lemm.*), *cum gr. paene omn.* τοῦ μαρτυρίου: *gr.* 6. 31 *om.*; *deinde* + sancti *Capitula* D (*supra, p.* 415). celo OII^{c}W.

6. et *pr.*: + ecce *h sine auct. gr.* exierunt = ἐξῆλθον (C -θαν; A* -θεν): processerunt *Prim.* septem (VII DFOUW*c*) angeli (hang. C, angueli D; angelis I) *cum ord. gr. paene omn.* οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι: *gr.* 9. *al.*^{6} > οἱ ἄγγ. οἱ ἑπ.; *gr.* 182 οἱ ἄγγ. *tantum.* habentes (habentem I) septem (VII DFOUVW *c*; *om.* A) plagas (> pl. s. Θ), *cf.* qui habent s. pl. *Beat.* (*praef.* v. 37; *lemm.*; VII. iv. 2), *et gr.* οἱ (ℵEPQP^{47} 1. *al. mu. om.*) ἔχοντες τὰς ἑπτὰ (96 *om.*) πληγάς (102 > τ. πλ. τ. ἑπ.): cum s. plagis *Prim.*; *om.* G. de templo *cum gr.* ℵACEPP^{47} 1. *al. sat. mu.* ἐκ τοῦ ναοῦ: *gr.* 10. *al.*^{28} ἐκ τ. οὐρανοῦ; *om. Prim. cum gr.* Q 2. *al.*^{81} hab. s. pl. de t. *cum ord. gr. paene omn.*: *gr.* 25. *al.*^{6} > ἐκ τ. ναοῦ οἱ ἔχ. τ. ἑπ. πλ.; *gr.* 29. 113 *om.* hab. . . . uestiti: *in ras. scr.* Σ^{2}. uestiti, *cf.* induti *h Tyc.*^{H} *Cassiod.* (*comm. libere*) *Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 8), *cum gr.* ℵACE PP^{47} 1. *al. sat. mu.* ἐνδεδυμένοι *tantum*: *gr.* Q 2. *al.*^{141} οἱ (187 καὶ) ἦσαν ἐνδ. (149. 186 > λίνον ἐνδ.). lapide mundo candido (c *ex* t A) *etiam Baed.* (*lemm.*)^{SO}, *cf.* l. m. et candido (dido *in ras. scr.* O; + uel lintheamine *Baed.*^{D}—*cf.* DII *infra*)

et praecincti circa pectora
zonis aureis
7 et unus ex quattuor animalibus
dedit septem angelis septem
fialas aureas plenas iracun-
diae dei uiuentis in saecula
saeculorum
8 et impletum est templum
fumo a maiestate dei
et de uirtute eius
et nemo poterat introire
in templum donec consum-
marentur septem plagae
septem angelorum.
XVI. 1 Et audiui uocem magnam
de templo dicentem

OϚ𝔍 *cod. caraf. haf. Baed.*D (*lemm.*) *Ber., et gr.* AC 38*. *al.*6 λίθον καθαρὸν λαμπρόν: lino m. et candido 𝔖𝔈, *cf.* lino m. et splendido *Tyc.*H, linteamine (lintiam. D—*cf. Baed.*D *supra*) mundo (mando Π* *ut uidtur*) candido DΠ, linum mundum splendidum *Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 8), linteamen mundum candidum I, lintheamen mundum et splendidum *gig.*, linteamen candidum *tantum* '*alia translatio*' *ap. Baed.* (*comm.*), *et gr.* EPQ𝔓47 1. *al. pler.* λίνον (Q𝔓47 14. *al.*10 λινοῦν, 200 λινοῦ; 7. *al.*6 ληνὸν, 36 ληνοῦ) καθαρὸν (32**. *al. pauc.* + καὶ) λαμπρόν (25. *al.*5 *om.*; 113 > λαμπ. καὶ καθ.)—*cf. etiam* linea munda et candida *Prim.*, linteamina |||||||||| (candida *coniecit Buchanan*) *tantum h, et gr.* ℵ > καθαροὺς λίνους λαμπρούς; candidis uestibus *libere Cassiod.* (*comm.*); *adnotat Luc. Brug.* 'Uestiti lino mundo et candido. *Legendum est* lino *ex quo fiunt uestes lineae, non* lapide *ex quo uestes fieri nequeunt.' et *sec.*: *om.* D *cum gr.* 1. *al.*16 **praecincti** (prec. ΘΠW, precinti O), *gr.* περιεζωσμένοι: cincti *h Tyc.*H *Prim. Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 8). **circa pectora** *cum gr. plur.* περὶ τὰ στήθη: super p. *Tyc.*H *Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 8) *cum gr.* 21. *al.*17 ἐπὶ τ. στ.; *gr.* 1. *al.*13 τ. στ. *tantum apud latinos non redduntur*; *deinde* + sua Θ *dem. Tyc.*H *Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 8) *cum gr.* 200 *qui add.* αὐτῶν. **zonis** (zo *in ras. scr.* O) **aureis** (-raeis I) *etiam Baed.*ScOD = *gr.* 80. 138 ζώναις χρυσαῖς: zonas aureas *gig. h Tyc.*H *Prim. Baed.*S* *Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 8) = *gr. paene omn.* ζώνας χρυσᾶς. **praecincti . . . aureis**: *cf.* i. 13.

7. **unus**, *cf.* unum D *vg. cod. caraf. Bentl. dem. gig. Tyc.*H *Prim. Ber., cum gr. plur.* ἓν: *gr.* ℵ*𝔓47 1. *al.*51 *om., non autem latt.* **ex** *etiam Baed.*D = *gr. paene omn.* ἐκ: de CΘT *vg. cod. caraf. dem. gig. haf. Baed.*SO; *om.* O* *cum gr.* 46. *al.*5 **quatuor** IOΣϚ𝔍; IIII W, ·iiii· D, IIII^{or} *gig.*; ·XIII· (*sic*) *c.* VII *pr.* FUVW, ·VII· DΠ *c.* **hangelis** C, ang˜ D, a^{n}gelis Σ. **septem** (em *in ras. scr.* O; VII UVW, ·VII· D *c*) *sec. cum gr. paene omn.* ἑπτά: *om.* F *cum gr.* ℵ 18; *cf.* xvi. 1, xvii. 1, *et* xxi. 9. **fialas** (phial. AI *vg.*, fiol. D; fia *in ras. scr.* O). **aureas plenas** (plaen. F) *cum gr. paene omn.* χρυσᾶς γεμούσας, *cf.* > pl. aur. Π: pl. *tantum Prim.*; *gr.* 9. *al.*2 χρ. (*sine* γ.). **iracundiae** (-die OW) *etiam Baed.*SO, *cf.* irae *Prim., cum gr. paene omn.* τοῦ (E 17. *al.*14 *om.*) θυμοῦ—*cf. etiam* iracundia (iracon. D) DFΘIΣ*T *dem. Baed.*D *et* ira *gig. h Beat.* (*praef.* v. 39; *lemm.*; VII. iv. 11): de ira *Tyc.*H *et gr.* 121. 251 ἐκ τ. θυμ. **dei** *cum gr. plur.* τοῦ (28. *al.*7 *om.*) Θεοῦ: *gr.* Q 21. *al.*3 *om.* **uiuentis**: i *sec. in ras. scr.* Σ2. **in** (i *ex* u A) **saecula** (sec. OϚ𝔍) **saeculorum** (sec. OϚ𝔍): *gr.* ℵ 12. *al.*9 + ἀμήν, *non autem latt.*

8. **impletum** (inpl. CDF) **est**, *gr.* ἐγεμίσθη (203. 240 ἐπεγ.; 30 ἐγενήθη): repletum (r *def. h*) est *h Prim.* **templum** *pr.*: + dei Ϛ *gig. Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 15) *sine auct. gr.* (*cf. autem gr.* 113. 200 *infra et* iii. 12, xi. 1, 19). **fumo** *et gr.* ℵACEP 1. *al. sat. mu.* καπνοῦ (25. *al.*6 τοῦ κ.) *tantum*: *gr.* Q𝔓47 2. *al.*82 ἐκ τοῦ κ. (6. *al.*3 > ἐκ τοῦ κ. ὁ ναός); *deinde* 44. 218 + καί. **a** (*om.* I) **maiestate** (mag. CO), *cf.* de claritate *h Prim., cum gr. paene omn.* ἐκ τῆς δόξης: claritatis *Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 15) *cum gr.* 13. *al.*8 τ. δ. (*sine* ἐκ). **dei** *cum gr. paene omn.* τοῦ Θεοῦ: eius *Baed. cum gr.* 39 αὐτοῦ. **et de uirtute eius**, *cf.* et a u. ei. *gig., cum gr. paene omn.* καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ: et u. ei. *tantum* DI *dem. Prim. Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 15) *cum gr.* 111. *al.*2 κ. τ. δ. αὐ. (*sine* ἐκ); *gr.* 39 *om. omnino.* **et** *sec. . . .* **angelorum**: *in ras. scr.* Σ2. **et nemo** = καὶ οὐδείς: nec quisquam *h Prim.* **introire** (-royre C; intrare *gig. h Prim. Beat.* (*praef.* v. 42; *lemm.*; VII. iv. 17)) **in** (*om.* T *h Prim. Beat.* (*praef.* v. 42)) **templum** *cum ord. gr. paene omn.* εἰσελθεῖν (7. *al.*17 ἐλθεῖν) εἰς τὸν ναόν, *cf. gr.* 1. *al.*10 εἰσ. ἐν τῷ ναῷ: *gr.* ℵ > εἰς τὸν ναὸν εἰσ.; *deinde gr.* 113. 200 + τοῦ Θεοῦ (*cf.* Ϛ *gig. Beat. sub* templum *pr. supra*). **donec**, *gr.* ἄχρι (C ἄχρις οὗ): quousque *Beat.* (*praef.* v. 42; *lemm.*; VII. iv. 17). **consummarentur** (consumar. OΠ), *cf.* consummentur D: finirentur (fieretur *h*) *h Prim.*, *cf.* finiantur *Beat.* (*praef.* v. 42; *lemm.*; VII. iv. 17); *gr.* τελεσθῶσιν (146 πληρωθῶσιν). **septem** (VII FOUVW *c*) **plagae** (-ge OΠW), *cf.* s. illae pl. *h et* > s. pl. illae *Prim., cum gr. paene omn.* αἱ (39. *al.*2 *om.*) ἑπτὰ πληγαί: pl. *tantum* D *cum gr.* 36. 111 αἱ πλ. (*sine* ἑπ.). **septem** (VII FOUV *c*, ·VII· D) **angelorum** (hang. C, anguel. D) *etiam Beat.* (*lemm.*; VII. iv. 17) *cum gr.* ℵACQ𝔓47 2. *al. pler.* τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων

septem angelis
ite et effundite septem
fialas irae dei in terram.
2 Et abiit primus
et effudit fialam suam
in terram
et factum est uulnus saeuum
ac pessimum in homines
qui habent caracterem
bestiae
et eos qui adorauerunt
imaginem eius.

---

ang. *tantum gig. cum gr.* EP 1. *al.*[69] τ. ἀγγ. (*sine* ἑπ.; 62. *al.*[6] > αἱ ἑπ. τ. ἀγγ. πληγαί); *om. in fine pericopes Beat.* (*praef.* v. 42).

XVI. 1. audibi T. **uocem magnam de templo dicentem** *cum ord. gr.* ℵEP 1. *al. fere*[100] φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ ναοῦ λεγούσης, *cf. gr.* AC 95. *al.*[5] > μεγάλης (111 μεγάλην) φωνῆς (111 φωνὴν) ἐκ τ. ν. λεγούσης (111 λέγουσαν)—*cf. etiam* u. m. de caelo dic. D* *c dem. cum ord. gr.* 23. 233 φ. μ. ἐκ τ. οὐρανοῦ λ., *gr.* 13. 55 > μ. φ. ἐκ τ. οὐρανοῦ λ., *et* xii. 10 *etc.*: > u. m. dic. de templo *Baed.*[D] (et *pr.* . . . angelis *def.* [SO]) *cum ord. gr.* 80. *al.*[3] φ. μ. λ. ἐκ τ. ναοῦ, *cf. gr.* 193 > φ. λ. ἐκ τ. ναοῦ (*sine* μ.)—*cf. etiam* > u. m. dic. de caelo T, *gr.* 189 > μ. φ. λ. ἐκ τ. οὐρανοῦ, *et gr.* 59 > φ. λ. ἐκ τ. οὐρανοῦ (*sine* μ.); > u. de caelo m. dic. *Beat.* (*praef.* v. 43; VIII. i. 1); u. m. dic. *tantum Beat.* (*lemm.*) *cum gr.* 6. *al.*[38] φ. μ. λεγούσης (218 λαλούσης) *tantum, cf. gr.* Q 2. *al.*[46] > μ. φ. λ. *tantum, et gr.* 122 φ. λ. *tantum.* **septem** (VII OUVW, ·VII· D *c*) **angelis** (hang. C, ang˜ D) *cum ord. gr. paene omn.* τοῖς (59 + ἐκ τοῦ ναοῦ) ἑπτὰ ἀγγέλοις: > ang. s. II *Baed.*[D] *Ber.*; *gr.* 203. 240 τ. ἀγγ. (*sine* ἑπ.). **ite et** *etiam Baed.*[SO] *cum gr.* ℵACPQ 2. *al. plur.* ὑπάγετε (178. *al.*[2] + ὦδε) καί: ite *tantum* IO *gig. Baed.*[D] *Beat.* (*praef.* v. 43; *lemm.*; VIII. i. 1) *cum gr.* E 1. *al.*[80] ὑπ. (*sine* καί); *om. omnino* CT *sine auct. gr.* **effundite** (effudite *h*) = ἐκχέετε (Q 2. *al. pler.* ἐκχέατε): fundite **D.** **septem** (VII FOUVW, ·VII· DII *c*) **fialas** (phial. A *vg.*, fiol. D) *etiam Baed.*[SODe] *cum ord. gr.* ℵACQ 2. *al.*[125] τὰς ἑπτὰ φιάλας: > f. s. *gig.*; f. *tantum h Baed.*[D*] *Beat.* (*praef.* v. 43; *lemm.*; VIII. i. 1) *cum gr.* P 1. *al. sat. mu.* τ. φ. (*sine* ἑπ.); *cf.* xv. 7, xvii. 1, *et* xxi. 9. **irae** (ire OW) *etiam Beat.* (*praef.* v. 43), *cf.* iracundiae *Ber., cum gr. omn.* τοῦ θυμοῦ: *om. Beat.* (*lemm.*; VIII. i. 1). **dei** *cum gr. paene omn.* τοῦ Θεοῦ: *gr.* 1. *al.*[15] *om., non autem latt.*; *deinde* + quas accepistis *diu. sine auct. gr.*—*cf. Prim. infra.* **in terram** = *gr. paene omn.* εἰς τὴν γῆν, *cf. gr.* 21. *al.*[12] ἐπὶ τὴν γῆν: in terra *Beat.* (*praef.* v. 43; *lemm.*; VIII. i. 1); *om. h* (*cum gr.* $\mathfrak{P}^{47}$?). **effundite . . . terram**: > septem fialas quas accepistis (*cf. diu. supra*) irae dei effundite in terram *Prim. contra ord. gr.*

uocem . . .[2] **abiit**: *gr.* $\mathfrak{P}^{47}$ *def.*

angelis . . .[2] **fialam suam**: *in ras. scr.* O.

